ORI
lat955
Mir/His
72687

BOMBAY BRANCH

OF THE

Royal Asiatic Society.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 03 December, 2015

MOHAMMEDIS FILII CHAVENDSCHAHI

VVLGO

MIRCHONDI

HISTORIA SAMANIDARVM

PERSICE.

72687

E CODICE

BIBLIOTHECAE GOTTINGENSIS

NVNC PRIMVM EDIDIT,

INTERPRETATIONE LATINA,

ANNOTATIONIBVS HISTORICIS ET INDICIBVS

ILLVSTRAVIT

FRIDERICVS WILKEN

PHILOSOPHIAE DOCTOR ET HISTORIARVM IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI P. P. O.

GOETTINGAE

SVMTIBVS HENRICI DIETERICH.

MDCCCVIII.

72687

PRAEFATIO.

Quae tandem prodit, Historia Samanidarum, plura fuerunt in causa, vt ab anno MDCCCIII. vsque ad hoc tempus operarum in manibus sit versata. Primum discessus ab Academia Gottingensi, studiorum meorum alma matre, vbi librorum persicorum et typis vulgatorum et manuscriptorum larga supellex, quae in bibliotheca Academica asseruatur, literarum persicarum amorem aluerat, animi mei feruorem de his literis bene merendi non quidem exstinxit, sed tamen suppressit. Deinde vita per aliquot annos gesta, quae quamuis otii plurimum vel potius nimium, vt ita dixerim, haberet, literarum tamen persicarum studio minime fauebat, quippe quae inertiam et omnium disciplinarum seueriorum fugam tanquam officium iniungeret. Denique quum autumno anni MDCCCV. bona Virorum excellentissimorum, qui tum Academiae nostrae commodis prospiciebant, in me voluntate ad munus Professoris Historiarum in hanc vrbem vocatus, redissem ad vitam et literarum studio et animi desideriis conuenientem, tot tantaeque erant noui muneris occupationes, vt carissimus Mirchond ex oculorum conspectu amouendus esset, ne inter has occupationes licet iucundi-

tatis plenissimas nimio eius desiderio animus fatigaretur. Captatis tandem aliquot horis, quas et muneris ratio et promissorum aliorum liberatio hac aestate studiis meis persicis concesserant, absolui annotationes historicas Indicesque et geographicum et historicum. Quod autem et in annotationibus et in Indice geographico ea copia et vbertas, quae rècte postulari potest, desideratur, id non meae voluntati aut pigritiae tribuendum est, sed illi librorum inprimis orientalium penuriae, qua nunc quidem meus literarum persicarum amor numquam non restinctus premitur atque retinetur. Illi tantum facilitati, qua quilibet in rebus bonis a bibliotheca Gottingensi adiuuatur, debeo quod ad Indicem geographicum conficiendum vti Sotuerim Haukalidae, inprimis in earum regionum, quas damanidarum pietas et artium liberalium amor ornauit, descriptione magnam collocantis diligentiam, opere geographico, quod Ouseley V. Cl. eo cum splendore, quo Britanni et leuiora quaeque exornare solent, edidit *).

Quum eorum, qui bibliothecae Gottingensi praesunt, inprimis Heynii, venerandi senis, cuius de re literaria merita nemo bonus inficiatur et Ierem. Dav. Reussii V. Ill. in me fauore Codicis Manuscripti Historiarum Mirchondi in tria Voll. fol. diuisi, satis eleganter et accurate perscripti, vsus mihi esset concessus, multum dubitani, quamnam operis Mirchondei partem typis exscribendam eligerem. Duae tandem po-

*) The oriental Geography of Ebn Haukal by William Ouseley, London 1800. 4.

tissimum res mihi persuaserunt vt Samanidarum historiam ederem. Primum quod in Mirchondi Opere horum principum historia Taheridarum et Soffaridarum historias, Viennae 1782. editas *), sequatur, adeo vt meum opus pro continuatione illius Mirchondi editionis haberi possit. Deinde id maxime me permouit ad Historiam Samanidarum ceteris omnibus praeferendam, quod hi principes et eximia pietate et artium amore fauoreque in omnes qui eas colebant, apud scriptores mohammedicos celebrentur, quod sub eorum imperio et ab illis promota, poesis persica originem cepisse tradatur **), denique quod regiones Mawarennahr, Chorasani, Thabaristhani, Kilani ceteraeque prouinciae illorum imperio subiectae adeo commerciis omnium gentium floruerint, vt plerique nummi, qui in oris maritimis Borussiae et Pomeraniae effodiuntur, Samanidarum nomina ferant. Talium principum et apud maiores nostros ita celebrium res accuratius pernoscere, nemini inutile videri posse mihi persuasi.

Erat tum, quum hunc laborem susciperem consilium hanc historiae Samanidarum editionem pro specimine proponere amplioris operis, quo continerentur e Codice Gottingensi Mirchondi omnia memoranda, quae in aliis historicis orientalibus, quos typis exscriptis habemus, aut non leguntur, aut aliter narrantur, pleraque autem textu persico suppresso. Quod consilium an vmquam exsequi possim, id nunc dicere non licet.

*) Historia priorum Regum Persarum, ex Mirchondo, Viennae 1782. 4.

**) Vid. Chrestom. nostra pers. Lips. 1805. p. 172.

Singulari typothetae sollertia factum est, vt, quamvis totum opus, paucis plagulis exceptis, Gottingae absolueretur, dum ego Lipsiae commorarer, in textu Persico fere nullibi commissum sit, in interpretationem Latinam nonnisi pauca quaedam vitia, nec ea magni momenti, irrepserint. Ita p. 3. lin. 6. pro Chorasana leg. *Chorasanae.* p. 15. lin. 4 et 5. pro imperarentur l. *imperentur.* p. 21. lin. 2. tolle numerum (13). p. 33. lin. 17. pro aliqui l. *aliquot.* p. 57. lin. 15. pro nouo l. *nono.* p. 63. lin. 6. pro omnidus l. *omnibus.* p. 77. lin. 10. pro facile l. *facili.* p. 91. lin. 12. pro priorem l. *priorum.* p. 103. lin. 10. pro Becharam l. *Bocharam.* p. 123. lin. vlt. post *humiles* tolle *et.* p. 135. lin. 4. pro Sobokthegínam l. *Sobokthegínum.* p. 161. lin. vlt. pro illam l. *illum.* p. 187. lin. 3. a fine pro amicita l. *amicitia.*

Nihil iam magis in votis habeo, quam ne hanc operam prorsus in cassum suscepisse videar. Scribebam Heidelbergae a. d. VII. Iul. MDCCCVII.

ARGVMENTA CAPITVM.

CAP. I. Origines gentis Samanidarum p. 3.

CAP. II. Historia Imperii Ismaelis filii Ahmedis Samanidae p. 11.

CAP. III. Historia Imperii Ahmedi filii Ismaelis Samanidae p. 27.

CAP. IV. Historia Imperii Nasri filii Ahmedis, Nepotis Ismaelis, pronepotis Ahmedis Samanidae p. 35.

CAP. V. Bellum a Mansuro Ishaki filio contra Emirum Saidum gestum et aliae res, quae illo tempore acciderunt p. 37.

CAP. VI. Raia et adiacens Regio ab Emiro Saido Nasr filio Ahmedis Samanidae expugnatur p. 45.

CAP. VII. Mors Emiri Saidi Nasr, filii Ahmedis Samanidae p. 49.

CAP. VIII. Historia Regni Nuhi filii Nasri, nepotis Ahmedis, pronepotis Ismaelis, Samanidae p. 53.

CAP. IX. Rebellio Abualii Mohammedis filii Mohthadschi contra Emirum Nuh Nasri filium, Ahmedis nepotem, Samanidam p. 59.

CAP. X. Nuh, Nasri filio, succedit filius Abdolmalk p. 71.

CAP. XI. Imperium Mansuri, filii Nuhi, Nepotis Nasri, pronepotis Ismaelis, Samanidae p. 75.

CAP. XII. Imperium Emiri Nuhi II, filii Mansuri Nepotis Nuhi I. Samanidae p. 79.

CAP. XIII. Narrantur, quae Abulabbaso Husameddaulae Tascho in Dschordschano, quo confugerat, acciderint p. 97.

CAP. XIV. Abulhosaini Simdschuri mors. In eius locum succedit filius Abuali. Bellum ab Abu Alio cum Emiro Nuh filio Mansuri gestum. Res a Bagrachano gestae p. 103.

CAP. XV. Bagrachan Bochara excedit. Nuh filius Mansuri in regnum redit. Emir Nasereddin Sobokthegin societatem cum eo init, ad Abualium et Fajekum debellandos et exstirpandos. Bella illo tempore inter eos gesta p. 109.

CAP. XVI. Imperium Mansuri II, filii Nuhi II, Nepotis Mansuri I, pronepotis Nuhi I. Samanidae p. 137.

CAP. XVII. Fraus Fajeki et Jekthuzuni erga Mansurum filium Nuhi. Abdolmalk filius Nuhi fratri Mansuro in imperio succedit p. 143.

CAP. XVIII. Monthaseri Abu Ibrahimi Ismaelis, filii Nuhi, Samanidae fugi, quaeque ille contra Ilek Chanum et Nasrum filium Nasereddini Sobokthegini molitus est p. 151.

CAP. XIX. Historia Schamselmaala Kabusi, filii Vaschmgiri p. 169.

CAP. XX. Historia Imperii Manutscheheri filii Schamselmaala Kabusi, Nepotis Vaschmgiri p. 183.

CAP. XXI. Historia Darae, filii Schamselmaala Kabusi, nepotis Vaschmgiri p. 187.

MOHAMMEDIS FILII CHAVENDSCHAHI

HISTORIA REGVM SAMANIDARVM

PERSICE ET LATINE.

ذکر ملوک سامانیه رحمهم الله
وبیان دولت وحکومت ایشان در دیار اسلام

الفصل الاول

در نسب سامیان گفته اند که او از اولاد بهرام جوبین است وابتداء دولت آنجماعت در زمان خلافت مامون واقع شده مجمل این مجمل آنکه چون مامون خلیفه در آن اوان که در مرو بود حکومت خراسان وما وراء النهر را بغسان بن عباد که عم زاده فضل بن سهل بود داد وفرزندان اسد بن سامان را که در آن حین بملازمت عتبهء خلافت اشتغال داشتند به او سفارش نمود گفت این جماعت خداوندان نسب اند ایشانرا عملهای گرامند فرمای او نوح بن اسدرا والی سمرقند گردانید واحمد بن اسدرا بحکومت فرغانه فرستاد وشاش واسرشنه بیحیی بن اسد داد ونرسام رتبق وفتق هرات را در کف کفایت الیاس نهاد وبعد از آنکه مامون غسان را عزل کرده حکومت خراسانرا بطاهر ذو الیمینین داد وطاهر آل سامانرا بحال خویش گذاشت وچون طاهر وفات یافت ومنصب او به

HISTORIA REGVM SAMANIDARVM,

QVIBVS DEVS FAVEAT,

EORVMQVE IN TERRIS A MOSLEMIS HABITATIS IMPERII.

CAPVT I.

Samanidarum familia, quam stemma ducere aiunt a Bahramo Dschupin i. e. ligneo *) (Sassanida), (1) prima potentiae suae fundamenta iecit, Mamuno Chalifa. Scilicet quum ille eo tempore, quo Mervae curiam habebat, (2) Gasano, filio Abbadi, Fasli, filii Sahli (Veziri Chalifae) patrueli prouincias Chorasana et Transoxanae committeret: comites illi adiunxit filios Asadi, Samani eosdem nepotes, qui tunc temporis inter ministros et aulicos suos erant, quos vt tamquam viros nobilissimo genere natos, in maximi momenti negotiis adhiberet, ei mandauit. Ille domini voluntati obsequutus omnes filios Asadi summis muneribus ornauit. Noacho concessit praefecturam Samarcandi, Ahmedo Ferganam, Johanni Schâsch et Asruschaneh, Eliae summam Herathae potestatem tradidit **). (3) Quum postea in locum Gasani imperio exuti Taher ambidexter a Mamuno Chalifa Chorasano praefectus esset,

Anno Ar. 202. incepit 19 Jul. 817.

Anno Ar. 205. incepit 16 Jun. 820.

*) D'Herbelot v. Bahram Giubin, huius cognomenti originem explicat: "à cause qu'il paroissoit long et sec, comme une pièce de bois."

**) Verba ipsa: "frenum aperiendi et claudendi Herathae manui sufficientiae Eliasi imposuit."

بسرش طلحه منتقل شد مامون احمد بن ابي خالد وزيررا بخراسان وما وراء النهر فرستاد تا بضبط ونسق عمارت وزراعت آن ولايت كوشيده از كيفيت حكومت طلحه نيز استكشاف نمايد ومجموع بني اسد بخدمت احمد بن ابي خالد آمده منظور نظر عاطفت او كشتند وچون مخالفان فرغانه را از احمد بن اسد انتزاع نموده بودند احمد بن ابي خالد به آن صوب لشكر كشيده اعداء دين را ازفرغانه بيرون كرد واحمد بن اسدرا بدستور سابق بدان ديار والي كردانيده مراجعت نمود *

وبعد از وفات نوح بن اسد طلحه بن طاهر ايالت سمرقندرا به برادران او يحيي واحمد داد واحمد بغايت برهيزكار ورحيم وعادل ونيكوكار بود وهفت بسر داشت نصر ويعقوب ويحيي واسد واسماعيل واسحق وحميد وبعد از چند كاه احمد بن اسد بصوابديد طلحه بن طاهر حكومت سمرقندرا به بسر خود نصر ارزاني داشت في الجمله مدتي مديد در ايام دولت طاهريه حكومت ما وراء النهر بنيابت ايشان متعلق بفرزندان اسد بن سامان بود وچون يعقوب ليث خروج كرد وطاهريه ضعيف شدند در شهور سنة احدي وستين ومائتين معتمد خليفه منشور ايالت ما وراء النهر را نزد نصر بن احمد ساماني فرستاد واو در سمرقند رحل اقامت انداخته از طريق نيابت برادر خود اسماعيل ببخارا روان كرد ودرين اثنا ميان رافع بن هرثمه كه در خراسان متغلبه شده بود واسماعيل بن اسد اساس محبه مؤكد

ille familiae Samanidarum omnes honores confirmauit. Tahero mortuo quum successisset filius Talheh, Vezir Ahmed ben Abi Chaled a Mamuno in Chorasanum et Transoxanam missus est, vt harum prouinciarum res constitueret et de gubernatione Talhehi ad Chalifam referret. Ad illum quum Samanidae eius fauori se commendaturi accesserant, tam benigne excepti sunt, vt Vezir Ahmedi ben Asad causa Ferganam, vnde ille a haereticis expulsus erat, proficisceretur. Inde Vezir expulsis religionis hostibus et Ahmedo in pristinam potestatem restituto rediit.

Post mortem Nuhi filii Asadi, Talheh filius Taheri Samarcandum fratribus eius Johanni et Ahmedo tribuit, quorum posterior erat vir summae castitatis, misericordiae, iustitiae atque benignitatis. Septem huic erant filii, Nasr, Jacob, Jahia (Johannes), Asad, Ishak et Hamid, quorum maximo natu Nasro post multas alias res gestas (quas hoc loco non possumus explicare) pater Ahmed, approbante Talheh filio Taheri, Samarcandi praefecturam concessit. (4) Verbo, quamdiu Taheridarum imperium durauit, posteri Asadi Samanidae ab illis Transoxanae praefecturam tenebant. Eorum potestatem quum Iacobus Laits anno CCLXI. euertisset, ab ipso Chalifa Nasr filius Ahmedi Samanida hanc prouinciam accepit. Is quum Samarcandi sedem haberet, fratrem Ismaëlem tanquam sui locum tenentem Bocharam misit. Ibi quum inter hunc et Rafiam filium Hartsemae, Chorasani praesidem, (5) tam arcta orta esset amicitia, vt non solum epistolarum inter eos esset commercium, verum etiam Rafia illam Ismaëlis libenter perficeret rogationem, qua Charismiae prouinciam vt sibi

Ann. Ar. 261. incepit 15 Oct. 874.

وموطد شده بیکدیکر مکاتبات ارسال میکردند واسماعیل
از رافع التماس نمود که خوارزمرا به او دهد ورافع ملتمس
اسماعیل مبذول داشته از سر خوارزم در کذشت وجمعی
از خبیثان که هزار لعنت حق بر ایشان باد فرصت یافته
بسمع نصر رسانیدند که موجب محبت اسماعیل با
رافع بن هرثمه آنست که میخواهد که بمدد او ترا از ما ورا
النهر بیرون کند ونصر از اسماعیل متوحش کشته
بتجهیز یورش بخارا مشغول شد واسماعیل برین معنی
اطلاع یافته حمویه بن اسد بن علی را بخراسان فرستاد
تا از رافع استمداد نماید وحمویه بمقصد رسیده رافع
بنفس خویش متوجه ما ور االنهر کشت جون از آمویه
عبور نمود حمویه اندیشید که رافع با این سپاهی که
همراه دارد میتواند که جمیع مملکت ما ورا النهر را در
تحت تصرف آرد ویحتمل که جون نصر را دفع کند اسماعیل
را بکیرد وبر تقدیری که مملکت را به او دهد بعد
از آن اسماعیل را تابع رافع باید بود واین معنی عاری
عظیم باشد وحمویه رای خود بر حل این واقعه مفصله
کماشته با رافع کفت که ای امیر مصلحت آنست
که سعی نمایی تا میان برادران مصالحه واقع شود که
اکر در مقام جنک ثابت قدم باشی یمکن که برادران
ضمنا باهم اتفاق نمایند وامیر در مملکت بیکانه
ملالی رسد رافع را تدبیر حمویه موافق مزاج افتاده رسولان
را نزد نصر واسماعیل فرستاد که صلاح در صلح است

concederet, expetiuerat, maleuoli quidam, in quos omnia infelicitatis genera cumulet Deus optimus, opportunitate inuenta, Nasro insinuarunt, nullam aliam huius amicitiae esse causam, nisi quod frater Ismaël in animo haberet, Rafiae ope ipsum ex prouincia Transoxana expellere. Eo Nasr non solum suspicionem, quin etiam tantam contra Ismaëlem concepit inimicitiam, vt copias ad hostilem aduersus fratrem profectionem instrueret. Quod quum Ismaëli nunciatum erat, Hamuiam filium Asadi, Alii eundem nepotem, in Chorasan misit, vt a Rafia auxilium contra fratrem peteret. Ille legatus facile quod rogabat, consecutus, quum ipsum Rafiam tanto cum exercitu in prouinciam Transoxanam contendere videret, quantus satis foret ad totam prouinciam suae ditioni subiiciendam, metuere coepit, ne Rafia, expulso Nasr, etiam Ismaëli manum iniiceret ipsúmque abdicato regno inter suos clientes esse cogeret. Quam contumeliam vt a suo principe auerteret, Rafiam, quum Amuiam (amnem) cum copiis iam transierat (adeoque prouinciae Transoxanae iam propinquus erat) adiit ipsique consuluit, vt potius pacem et concordiam inter fratres restituere studeret. Etenim et ipsi metuendum esse, ne quum ad pugnam res deuenerit, fratres animis reconciliatis, vires coniunctas in ipsum conuertant eumque dignitate exutum summaque miseria afflictum in regnum remittant. Quod consilium quum illi placuisset, Rafia ad vtrumque fratrem, et Nasrum et Ismaëlem legatos misit, qui pacem ipsis persuaderent. His illi obsecuti sunt, et Rafia in Chorasan rediit. Hamuiah autem, quum Ismaëli indicasset,

وجندان در آن باب مبالغه کرد که هردو برادران باهم
اشتي کردند ورافع بخراسان باز کشت وحمویه کیفیت
اندیشه وحیلهٔ خودرا معروض اسماعیل گردانیده اسماعیل
شرف احماد ارزاني داشت واورا بمراتب ارجمند رسانید وچند گاه
میان نصر واسماعیل بساط مصادقت وموالات ممهد بود
تا باز بافساد مفسدان در نور دیده شد ووحشت بجایي
رسید که نصر لشکري جمع آورده روي ببخارا نهاد واسماعیل
نیز بتجهیز سپاه قیام نموده در برابر او آمد وبعد از
محاربه اسماعیل ظفر یافت ونصر را اسیر کرده نزد او
آوردند واسماعیل نصر را بر تخت نشانده دست بوس کرد
وبمرتبهٔ مراسم تعظیم وتبجیل بجاي آورد که نصر را
تصور شد که اسماعیل با او استهزا میکند انگاه
اسماعیل برادررا با ملازمان بتجملي تمام بسمرقند
روان کرد ودر حین وداع با او گفت که من بنیابت تو در
بخارا بضبط وربط امور اشتغال خواهم نمود * ارباب تواریخ
گفته اند که اسماعیل بادشاهي کریم الطبع خیّر بود علماء
وفضلاء درایام دولت او مفرز ومکرم بودند ابن اثیر (a)
گوید که ببرکت این طریقهاء خوب سالهاء دراز سلطنت در
خاندان او بماند وچون نصر در سنه تسع وسبعین (b) وماتین
ونات یافت مجموع دیار ما وراء النهر در تحت تصرف کماشتکان
اسماعیل آمده او بر سبیل استبداد واستقلال در مهام مملکت
مداخل میکرد وسومنان اوّل کسي را از آل سامان که در زمرهٔ

(a) In Codice: ابن کثیر. V. Annotat. hiſtor.
(b) In Codice: والخمسین

quae curae tunc temporis animum ipsius subierint, et quam medelam inuenerit, ab Ismaële summis honoribus remuneratus et inter primos magnatum relatus est.

Quum aliquamdiu amicitia et mutua gratia inter fratres fuisset, prauis maleuolorum quorumdam hominum artibus amicitia eorum iterum est sublata et inimicitia in eius locum successit, quae hunc euentum habuit. Nasr quum copiis paratis Bocharam mouisset, ipsique Ismaël pariter cum exercitu obuiam profectus esset, proelium est commissum, quo Ismaëlis victoria tam perfecta fuit, vt ipse frater Nasr captiuus ad eum adduceretur. Neque vero iure suo victor vsus est, immo fratrem in throno constituit, manum eius osculatus, et tantis eum honoribus prosecutus est, vt ille suspicaretur, fratrem se ludibrio habere. Quam suspicionem falsam esse cognouit, quum Ismaël libertate concessa, cum omnibus, qui ad illum petinebant, comitibus, Samarcandum se conferre illi permitteret; quin quum discederet, ab eo tanquam domino suo peteret, vt sibi Bocharae praefecturam tribueret. (6)

Inter omnes historicos constat, Ismaëlem principem generosum et liberalem fuisse, doctosque et eruditos homines quibuscunque honoribus distinxisse, quare Ebn Alatsir opinatur, in harum virtutum remunerationem posteris Ismaëlis Soltanatum diuturnum et fortunâ secundâ laetum contigisse. (7)

Post mortem Nasri, quae anno CCLXXIX. euenit, Ismaël tota prouincia Transoxana potitus est, quam primus ex Samanidarum familia proprio iure tenuit. (8) Quare An. Ar. 279. incepit 2 Apr. 892.

بادشاهان شمرده اند اسماعیل بوده چه پیش از ان اولاد سامان بعضی بنیابت طاهریه وبرخی بمنشور خلفاء در ما وراء النهر حکومت میکرده اند وزیادهٔ استقلالی نداشته اند *

الفصل الثاني

ذكر سلطنت اسماعيل بن احمد سامانى

اسماعیل بعد از وفات برادر در سنه ثمانین ومائتین لشکر بترکستان کشید وبدر بادشاه ترکستان وخاتونش با ده هزار کس اسیر کرده بسمرقند آورد وجندان وجندان (c) نبود وبعد از آن اسماعیل از جیحون عبور نموده عمرو لیث را بکرفت چنانچه در قضایای صفاریه رقم زده کلک بیان کشیت *

در تاریخ کزیده مسطورست که بعد از کرفتاری عمرو لیث اسماعیل سامانی حاجبی را نزد او فرستاده بپیغام داد که اکر خدای تعالی خواسته باشد من ترا از خشم خلیفه خلاص کنم عمرو بر اسماعیل آفرین کرده کفت میدانم که مرا از خلیفه روی رهایی نیست واسماعیل آنچه وظیفه مردی ومروتست بر زبان می آورد بعد از ادای این کلمات عمرو بار وبندی بحاجب داده کفت خدمت من باسماعیل برسان وبکوی که مپنداشتم که لشکریان تو بمال

(c) Dubito, lectionem hoc loco vitio carere.

ab illo seriem regum Samanidarum historici incipiunt. Etenim, qui ante eum Samanidae regnauerant, vel Taheridarum, vel Chalifarum nomine prouinciam Transoxanam administrauerant neque suo iure tenuerant.

CAPVT II.

HISTORIA IMPERII ISMAELIS FILII AHMEDIS, SAMANIDAE.

Prima res ab Ismaële post fratris mortem gesta est iter in Turkestan anno CCLXXX. susceptum, vnde patrem et vxorem Turcarum regis, et decies mille viros, qui numerus suarum copiarum numerum longe excedebat, captiuos Samarcandum duxit. (9) Deinceps Oxo transito Amru Laitsum captiuum fecit, (quo ditioni suae Chorasanum addidit,) quae res in Soffaridarum historia fusius est exposita. Ann. Ar. 280. incipit 22 Mrt. 893.

Narratur in historia, quae *Gozideh* (selecta) (10) est inscripta, Ismaëlem Samanidam ad Amru Laitsum statim, postquam ille in captiuitatem suam incidisset, vnum ex cubiculariis misisse, qui illi suo nomine promitteret: se, quodsi Deo optimo ita placuerit, Chalifae gratiam illi restituturum esse. Tum Amru Laitsum post solennes et debitas tanto principi laudes respondisse, se de gratia Chalifae recipienda omnino desperasse, virtutem tamen et humanitatem, quae ex hoc promisso cognoscatur, grato animo agnoscere. Post haec verba illum cubicularium fasciculum dedisse adiuncto mandato, "vt suo nomine debi„tam reuerentiam principi significaret teique nunciaret:

احتیاجی تمام دارند درین نسخه گنجهای من وبرادر من
مسطورست همان بهتر که این اموال به بندگان تو رسد
موجب زینت وفاطمیت ایشان گردد توقع از کرم ذاتی امیر
انکه کردار او موافق گفتار باشد ودست از خون من
کوتاه کرده مرا نزد خلیفه فرستد وحاجب بتصور آنکه
تحفهٔ پیش امیر اسماعیل آورده (d) بشاش وخندان باز گشته
معروض داشت که عمرو لیث چنین وچنین گفت امیر
اسماعیل بانگ بروی زده گفت برو واین نسخه به او ده
وبگوی که اسماعیل میگوید که تو وبرادرت را گنج
وخزینه از کجا بود همه همه جهانرا معلومست که
شما روی کر بجگانید ودو سه روز سعادتی که در حقیقت
عین شقاوت بود مساعدة شما کرده در جهان استقلال
یافتید. وبتعدی وجور اموال حاصل کردید مظلمه از آن
اموال خلد در گردن شماست میخواهید که متعلق بمن
شود ومن از ان مرد نیستم که بسخنان شما فریفته ومغرور
شوم میان من وتو خونی واقع نشده که بر قتل تو مبادرت
نمایم راقم حروف گوید که قول احمد الله مستوفی صاحب
تاریخ گزیده خالی از ضعفی نیست چه با وجود آنکه قایل
شده که عمرو در جواب حاجب گفت که مرا از خلیفه
امری رهایی نیست چگونه تجویز توان کرد که عمرو
از اسماعیل التماس نموده باشد که اورا بخدمت خلیفه
فرستد ودلیل برانکه این روایت از اول تا باخر مرجوست

(d) Hoc loco haud dubie aliquot verba exciderunt.

„se quoniam acceperit, eius copias pecunia egere, hunc „libellum ipsi mittere, quo omnes et suae et fratris opes „descriptae sint; quibus vt eius milites fruantur, iisque „ornentur et exhilarentur, magnopere se cupere; tum „autem sperare se ab insita principi humanitate, actiones „eius cum verbis esse conspiraturas, eum igitur vita sibi „seruata ad Chalifam se missurum esse." Cubicularium sperantem hocce donum acceptum fore suo Emiro ad Ismaelem laeto et hilari vultu rediisse ipsique quae Amru Laits dixerit iudicasse, sed praeter spem Ismaëlem vehementi cum indignatione in haec verba erupisse: "Abi, „hunc libellum ipsi redde, atque haec verba illi dic meo „nomine: Qua ratione tu et frater tuus has Vobis paraue„ritis opes, hoc nemo ignorat. Enim Vos, quum sitis „filii fabri aerarii, breuissima illa, quae Vobis contigit, „felicitate, vel vt verius dicam, infelicitate, vsi estis ad „homines tyrannide Vestra opprimendos et opes Vobis „iniuria ac violentia coaceruandas. Infamiae notam, quam „inde Vobis contraxistis, Vos mecum communicare vul„tis, ego vero non sum ille, qui Vestris verbis decipiar. „Neque tamen quum nullus meorum sanguis a te profusus „sit, mors tibi est timenda." At mihi quidem haec Hamdullae Musthufi, auctoris Tharichi Guzideh, narratio ab errore haud immunis esse videtur. Quomodo enim cum illo, quod ipse refert, Amrui Laitsi responso, quo se de gratia Chalifae recipienda desperasse significauerat, potest conciliari huius principis rogatio, vt ab Ismaële ad Chalifae curiam mittatur? Totam narrationem falsam esse, etiam inde apparet, quod Vir doctus Nezam al molk

آنست که خواجه نظام الملک طوسي رحمة الله که زمان او نزدیک بوده بایام دولت سامانیان در وصایاي خویش آورده که چون امیر اسماعیل سامانی در نواحي بلخ با امیر عمرو لیث مقابل گشت وآنچنانکه مشهورست عمرو را بگرفت وبتفحص خزاین که باوي بود مشغول شد وهر چند تجسس نمود بر اثري از آن اطلاع نیفتاد ومعلوم نشد که احدي از آحاد لشکر یزان وقوف بوده باشد فرمود تا کیفیت از عمرو برسیدند گفت از اقارب من کسي بود سلم نام متعهد خزاین شاید که آنرا بهرات برده باشد وچون بعد از چند روز امیر اسماعیل بهرات رسید اهل هرات امان خواستند ایشان را امان داده واز حال سلم وخزانه عمرو استعلام فرمود هیچ آفریده اخباري نکرد ومشاهیر وجماهیر بایمان ومواثیق وسایر وجوه تفحص وتحقق از آن میسرا شدند وچون آن اموال بدست نیامد وعسکر نیز از ابتداء توجه بغنیمتي محظوظ نگشته بودند ضیق وعسرتي تمام بدیشان راه یافت ونیز از مردم هرات امدادي واقع نشد ارکان دولت امیر اسماعیل با یکدیگر گفتند که بصلاح این اقربست که بر اهل شهر تحمیل رود ومعروض امیر اسماعیل گردانیدند که در هرات ونواحي آن صد هزار آدمي بي تردد هستند اگر هریک دو مثقال زر مساعدة کنند دویست هزار مثقال باشد واگر یک مثقال مدد نمایند صد هزار مثقال باشد وبدین قدر مرمت لشکر توان کرد امیر اسماعیل گفت چنین هزار مرد مومن موحد مسلم

Tusi, (11) cui Deus faueat, qui Samanidarum tempora fere attigit, in libro suo *Vezaia* (Consilia) inscripto, narret, Emirum Ismaëlem Samanidam, postquam Amru Laitsuni in proelio prope Balch, sicut iam narratum est, cepisset, omni cum studio opes, quas secum haberet, inquisiuisse, sed nullum earum vestigium reperire potuisse. Quum igitur ignoranerit, vni ex copiarum Emiris earum curam commissam fuisse, iussisse ab Amru Laitso ipso quaeri, vbi lateant. Hunc respondisse, vnum ex cognatis, Sam nomine, eundemque thesaurarium, forsan Heratham eas pertulisse. Ismaëlem quum interiecto aliquo tempore Heratham peruenerit, et petentibus incolis pacem concesserit, etiam de Samo et Amrui opibus quaesiuisse, sed omnino frustra, quamuis magnates et principes ad iuramenta adigerentur et alia omnia adhiberentur, quibus homines ad confessionem cogi possunt. Quum deinde copias, quae thesauris illis non repertis tantos labores irritos fuisse aegre ferrent, insuper inopia et commeatus defectus oppresserit, nec vllum illis ab Herathensibus praestaretur auxilium, magnates consilium inter se iniisse, quo optimum illis visum fuerit, Herathensibus tributum imponi. Hoc vt principi persuaderent, eos illi proposuisse, Heratham vrbem eiusque agrum adiacentem haud dubie centum millia hominum continere, quorum singulis si bina tantum auri Miskal imperarentur, ducenta millia Miskal, vel si vnum tantum Miskal imperaretur, centum millia Miskal effici, quae suffectura sint ad satisfaciendum militum desideriis. Huic orationi Ismaëlem his verbis respondisse: "Totidem millibus hominum fidelium,

را امان داده باشم وبعهد وسوگند مؤکد گردانیده خلاف
آن بهیچ وجه تاویل نتوان کرد وبسرعة واستعجال از
هرات روانه شد تا بار آن سخن در میان نیارند وشیطان
تسویلی نکند که موجب فتنه ونقض میثاق گردد
چون بمنزلی نزول فرمودند اعیان حضرة وهمکنان همان
حکایت بپیش امیر اسماعیل آغاز کرده گفتند از مملکتی
که محقق نیست که در تصرف ما قرار خواهد گرفت باقی
چنین بی استعداد بیرون آمدن از صلاح ملکی مستعبد
مینماید امیر اسماعیل باز همان جواب داد وگفت همان
خدای که اسب عمرو لیث را بتاریانه تقدیر بپیش من
روانید واسیر وکسیر من گردانید قادرست برانکه بی غارت
وتاراج جمعی مردم مرحوم مظلوم تهیه اسباب لشکر من
کند آنجماعت مایوس از پیش او برخاستند درین حال
کنیزکی خاصه امیر اسماعیل حمایلی مرصع بقطعهای
لعل وبواقیت از گردن بیرون آورده بر بالای جامه نهاده
بود وبطهارت خانه رفته غلیوانی بتصور انکه بارهٔ
کوشتست از هوا در آمد وانرا برداشت نزدیکان سوار
شده بر اثر غلیوان بتاختند وچون خواست که فرود
آید سواران از اطراف وجوانب رسیدند غلیوان حمایل از
مخلب بیفکند اتفاقا برابر جای بود ودر آن چاه افتاد
طناب اوردند وکسی در چاه فرستادند از ان چاه بجای دیگر
راه صندوقها بنمود آن شخص نزدیک صنادیق رفت آن
خود خزانه عمرو لیث بود که بسام خویشاوند وخزانه دار

„vnum Deum profitentium Islamoque adhaerentium in„columitatem concessi et fide data ac iureiurando confir„maui, fidem autem datam violare nefas est." statimque maxima cum festinatione Heratham reliquisse, ne magnates hanc propositionem repeterent neque Satan inueniret opportunitatem, ad perfidiam et periurium ipsum seducendi. Castris in quodam loco positis magnates ceterosque comites eodem ipsi proposito ex Ismaële quaesiuisse: "quomodo e re esse existimare posset princeps, prouin„ciam nondum satis constitutam et sua administratione „constituendam hoc quidem tempore, quo nullis rebus „non egeant, relinquere?" Sed et tum Ismaëlem negasse hoc consilium se secuturum, atque haec verba addidisse; "Idem Deus, qui suae potentiae flagello Amrû Laitsi „equum ad me propulit, vt ille in meam captiuitatem „inciderit, poterit etiam sine exspoliatione ac iniuria ho„minum piorum et innocentium subuenire exercitus mei necessitatibus." Post haec verba magnates desperantes abiisse. At breui post accipitrem monile, gemmis et lapidibus pretiosis ornatum, quod puella ex gynaeceo Ismaëlis collo detractum super vestem suam *) posuerit, conspexisse, ac opinione carnis frustulum illud esse, seductum, quum illa cubiculo exierit, aduolasse illudque abstulisse. Qui forte adfuerint, equis conscensis accipitrem persecutos eumque ipso eo tempore omnibus ex partibus assecutos esse, quum in eo esset, vt ad terram descenderet. Tum accipitrem monile ore demisisse, quod in cisternam quandam (aqua carentem), cui accipiter forte imminuerit, delapsum sit.

*) D'Herbelot v. *Ismail Samani* habet: "sur la fenêtre de sa chambre."

او از بلخ گریزانیده بر سهول وجبال بر طریقی که مرور خلق بدآن جا واقع نباشد آورده تا حدود هرات ودر آن موضع اختفا کرده بود القصة آنچه از خزانه عمرو لیث متصور بود وآنچه داعیة داشتند که از اهالی هرات بستانند باضعاف مضاعفه آن ظاهر شد خواجه نظام الملک طوسي علیه الرحمه والغفران بعد از ایراد این حکایت گوید که غرض از تقریر آنکه بر طبق عهد وبیمان مستقیم بودن فواید موفور وثمرات نامحصور دارد *

گویند بعد از ارسال عمرو بن لیث ببغداد معتضد خلیفه جهة امیر اسماعیل خلع قیمتي واحکام ومناشیر فرستاد وحکومت سیستان وخراسان ومازندران وري واصفهان بوي تفویض نمود واو خلعتهاي خلیفه را بکبک مي پوشید وبعد از پوشیدن هریک دو رکعت نماز میگذارد وچون خلع ببوشید مناشیر خلیفه ببوشید وشرایط تعظیم بجاي آورد وحامل (dd) خلعتها واحکام را هشتصد هزار درم داد ودرین اثنا خبر غریبت محمد بن زید علوي صاحب طبرستان بسمع امیر اسماعیل رسید وامیر اسماعیل کسي پیش او فرستاده تطییب خاطر کرد اما مفید نیفتاد وامیر اسماعیل محمد بن هارون را بجنگ او روانه ساخت ومحمد با حاکم طبرستان جنگ کرده غالب گشت وعلوي در معرکه

(dd) In Cod. وحامل

Hoc opportunitatem praebuisse Amrui Laitsi thesauros inueniendi. Hominem scilicet fune demissum, vt monile produceret, viam inuenisse in aliam cisternam ducentem atque in hac magnum cistarum numerum conspexisse. Ad illas quum iste homo descenderit, statim intellectum esse, eas Amru Laitsi thesauros continere, quos Sam Amru Laitsi consanguineus et thesaurarius super plana et montes via ab hominibus minime trita, Balcho Herathum duxerat, ibique abscondiderat. Hac igitur ratione thesauris Amru Laitsi repertis exercitum Ismaëlis duplum eius, quod ex his thesauris se acceptarum exspectauerit quodque ab Herathensibus extorquendum postulauerit, accepisse. Addit vir doctus Nezam el molk Tusensis, quem Deus amore et fauore suo amplectatur, splendidissima sane ratione Ismaëli seruatam promissorum et pactorum fidem remuneratam esse. (12)

Narrant, Chalifam Mothaded Ismaëlem, quum Amru Laitsum vinctum Bagdadum miserit, vestibus pretiosis et diplomatibus, quibus Sisthani, Chorasani, Masenderanae, Raiae et Isfahani praefecturas ipsi committeret, donasse; tum Ismaëlem omnes vestes singulas osculatum esse, et post singula oscula bis genua incuruasse; deinceps et diplomata osculatum esse, et sic debitam ipsis praestitisse venerationem, homini autem, qui haec dona attulerit, septingenta millia Drachmarum donasse.

Eo ipso tempore Ismaël certior factus, Mohammedem filium Saidi Alidam Tabaristhani praefectum bellum parare, ad eum misit legatum, qui ad officium illum reduceret. Quae vero admonitio quum nihil profuisset, Mohammedem filium Haruni cum exercitu in Thabaristhan

زخم خورده بدان هلاک شد. ومحمد بن هارون بعنایت امیر اسماعیل در جرجان وطبرستان حاکم گشت واسماعیل اورا بعد از آن طلب داشته واو تخلف نموده اظهار عصیان کرده باستدعای مردم ری روی به آن ناحیة نهاد وبا کماشته خلیفه جنگ کرده کماشته را با برادر وپسرانش بکشت ومکتفی خلیفه قاصدی پیش امیر اسماعیل فرستاده پیغام داد که ضبط ری تعلق بتو میدارد دست تصرف بسر هارون را از آن دیار کوتاه کن وامیر اسماعیل لشکرها جمع آورده متوجه آن صوب شد وچون بآن حدود رسید محمد هارون ری را گذاشته بقزوین وزنجان رفت واز آنجا بطبرستان در آمد وامیر اسماعیل ری را متصرف شده از آن موضع بقزوین شتافت ودر آن اوان باغات بز از قوا که وانکور بود امیر حکم فرمود که هیچکس بیرامون باغها نگردد وبکمن انکور وبکمن کاه (e) هیچ احدی بی رضای خداوند نستانند وامیر اسماعیل حکومت ری را به برادر زاده خود ابو صالح منصور بن اسحق داد ومحمد بن زکریای رازی طبیب کتاب منصوری بنام او نوشته است وری مدت شش سال بحکومت آن ولایت اشتغال داشت وچون امیر اسماعیل از عراق مراجعت نمود بجانب ترکستان لشکر کشید وبسی مواضع فتح کرد وبغنایم نا محصور معاودت کرد ودر منتصف صفر سنه خمس وتسعین ومائتین بغرادپس

(e) Nisi rectius legeris: کار

misit, qui procuratorem hunc rebellem proelio deuicit, in quo ipse vulnere cecidit (13). Tum Mohammed filius Haruni Tabaristhani et Dschordschani praefecturam ab Ismaële accepit; sed nec ille diu in officio permansit. Aduocatus enim a domino comparere noluit atque apertam commouit seditionem, quin etiam Raiam, aduocantibus huius vrbis incolis, profectus praefectum a Chalifa ibi constitutum proelio deuictum vna cum fratre et filiis eius interfecit. Tum Mokthafi Chalifa ad Ismaëlem legatum misit, qui Raia, cuius praefectura ipsi concessa sit, filium Haruni expellere eum iuberet. Ismaël igitur copiis statim coactis castra eo admouit, quo facto filius Haruni Raia relicta per Kazwin et Zendschan in Tabaristhan rediit. Rebus Raiae constitutis Ismaël Kazwinum profectus est. Vbi quum statiua castra haberet, horti et vineta plena fructibus et vuis erant; sed princeps (tanta eius erat iustitia) seuero mandato cauit, ne quis per hortos et vineta iret vel inuitis dominis vuam aut minusculum quidquid inde auferret. Ceterum Raiae praefecturam concessit Abu Saleho Mansuro filio Ishaki, qui per sex annos eam tenuit, idem cui medicus Mohammed ben Zakaria Razi vnum ex libris suis *Mansuri* a patroni nomine inscriptum dedicauit. (14)

Post reditum ex Irako Ismaël in Thurkesthan copias duxit, vnde multis vrbibus expugnatis magnaque praeda facta domum rediit.

Medio mense Safar (secundo apud Arabes mense) anni CCXCV Emir Ismaël in paradisum transiit, quum post destructum Amru Laitsi imperium sex annis regnas- Ann. Ar. 295. incepit 1108. 907.

چنان خرامید وبعد از وفات اورا امیر ماضي کفتند مدت سلطنت امیر اسماعیل بعد از انقراض ایام حکومت عمرو لیث هفت سال وکسري بود عدالت او بحدي بود که نوبتي بسمع شریفش رسید که در ري سنکي که زر خراج به آن وزن میکنند زیاده از سنکهاي دیکر است امیر اسماعیل في الحال جبر ایلچي را بري روان فرمود تا سنکهارا مهر کرده ببخارا آورد چون جبر ایلچي نزدیک رسید مردم متوهم شدند که مبادا بجهت شلتاق مي آید ناکاه (f) ایلچي بشهر در آمده سنکهارا مهر کرده با خود بجانب بخارا برد در دیوان خانه بسته ارباب دیوان معطل شدند وچون سنکرا به بخارا رسانید احتیاط کردند از وزن مقرر زیاده بیرون آمد فرمود تا زیادتي را اسقاط نمودند وسنک معدل بري فرستاده حکم کرد تا هر زیادتي که در ایام کذشته شده باشد در آینده مجري دارند *

کویند امیر احمد بسر امیر اسماعیل را معلمي بود روزي معلم از احمد در خشم شده بحضور پدرش کفت برکت بدهد (g) خداي ترا وآنرا که تو ازوي پیدا شدهٔ امیر اسماعیل از مجلس بیرون امده آن معلم را عطا داد تا حجابي که داشت زایل کشت *

(f) Quare ex improuiso legatus vrbem adierit, non satis intelligo. Suspicor انکاه *deinceps*, legendum esse.

(g) In Cod. بدهاد

set. Tantum sui desiderium apud omnes reliquit, vt illum post mortem *Emiri madhi* (principis nobis erepti) titulo honorarent. Neque hoc mirum, quum tot eius iustitiae, probitatis et humanitatis exempla commemorentur.

Quum audiuisset aliquando generosus ille princeps, pondus, quo Raiae aurum, quod in tributum praestaretur, penderetur, maius esse ceteris ponderibus, Tschebrum legatum Raiam misit, qui pondus illud obsignatum Bocharam perferret. Quum ille vrbi appropinquaret, incolae suspicati sunt, ne ad turbas excitandas in vrbem veniret *). At ille ex improuiso vrbem ingressus pondus obsignauit et secum Bocharam portauit. Licet porta Divani tunc temporis clausa sodales Divani ab omnibus negotiis se continerent, attamen pondus allatum statim explorarunt atque iusto maius esse deprehenderunt. (15) Quo facto princeps illud aboleri iussit iustumque pondus Raiam misit, addito mandato, vt illud quod nimium vsque ad hoc tempus dedissent, in posterum ab ipsorum tributo detraheretur.

Iam alia commemorabimus eius humanitatis exempla. Quum praeceptor Ahmedi filii a puero offensus, (eius accusandi causa) ad patrem accederet, solenni formula, qua omnia fausta votorumque omnium expletionem ipsi apprecabatur, eum salutans, princeps cubiculo exiit, muneraque ei dedit, vt (tristitiae) velum ab illo remoueret.

*) D'Herbelot v. *Ismail Samani* haec interpretatur: "les habitans effrayez craignirent qu'on ne vint leur demander quelque subside extraordinaire."

نوبتي بپش امير اسماعيل از حسب ونسب سخن
ميرفت فرمود كه كن عصاميا ولا تكن عضاميا (h)
مخاطب فهم نكرد امير فرمود كه فخر بهتر واستعداد
خود كن نه آنكه در اصل وتبار تو بزرگي بوده *

يحيي بن زكرياء رازي گويد كه روزي امير اسماعيل
از من پرسيد كه چه سبب بود كه چون دولت آل معاد
منقرض گشت با آنكه شر ايشان غالب بود اندك خيري
كه از آنجماعت صادر شده بود جاري مانده وبازماندگان
ايشان معرفه الحال روزگار گذرانيدند وآل طاهر كه بعدل
وكرم اتصاف داشتند وبعد از زوال آن قوم خيرات ومبرّاتي
كه از ايشان صدور يافته بود مندرس گشته ومنتسبان
ايشان ابتر وبد حال شدند جواب دادم كه چون نعمت
واقبال آل معاد بنهايت انجاميد آل طاهر استيلا يافتند
وچون ايشان ملوك عادل عاقل بودند خواستند كه هر
خللي كه از آل معاد صادر شده بود بجبر آن مشغول
شوند وهر نيكويي كه از ايشان در وجود آمده بود باقي
ماند چون اصالتي داشتند رعايت خاندانهاي قديم
مينمودند وچون دولت طاهريه بصفاريه كه بي اصل
ودون همت بودند انتقال كرد بمقتضي الاصل لا يخطي
همكي همت بر تغيير امور سابق ومنتسبان دودمان
حكام پيشين گماشتند تا آثار ايشان منطمس ورسوم

(h) Sic legitur in Codice; sed puto legendum esse عظاميا, quod in versione expressi, a radice عظم deriuandum, quamquam insolentior illa forma sit. Litera ظ cum ض pronunciatione facile confundi potest.

Aliquando cum quodam de nobilitate ac dignitate colloquens, Emir Ismaël significaturus, quanto in honore eum haberet: "*Kon Isamian* inquit, nec quod erat dicendum: *Thukon Izamian.*" Quod et grammaticae et pronunciationis Arabum rationi aduersans quum alter non intelligeret, satis comiter vocem *Fachr* (quae dignitatem et nobilitatem apud Arabes notat) aptiorem esse dixit, vel aliam illum substituere iussit vocem, quae apud suos nobilitatem notaret.

A Iohanne filio Zachariae Razi hoc narratur. Aliquando (sunt ipsa auctoris verba), Emir Ismaël ex me quaesiuit, quidnam causae sit, quod Moadidarum (16) imperio sublato, quamuis mala, quae illi perpetrauerint, longe superauerint bona, tamen panca quae ab illis facta sint bona permanserint, eorumque posteri beate et tranquille viuant; contra Taheridarum principum iustorum et beneficorum, euersa eorum dynastia, et opera pia bonaque destructa sint, et posteri vitam miserrimam agant. Respondi: Quum imperium a Moadidis ad Taheridas transiisset, principes hi probi ac prudentes omni cum diligentia curarunt, vt et praua quae a Moadidis facta erant, corrigerentur, et omnia bona conseruarentur. Pari ratione, quamdiu eorum imperium durauit, etiam pristinorum principum familias in honore habebant. Sed quum a Taheridis ad Soffaridas, principes ignobiles et imprudentes, imperium translatum esset, illi ex ingenio suo omni cura, quae ab antecessoribus instituta erant, funditus destruxerunt, et eos, qui ab illis originem ducebant, deleuerunt, ne vllum eorum vestigium remaneret. Haec, sic

ایشان مندرس کشت بحیلی گوید که چون این سخن گفتم امیر اسماعیل تصدیق نموده مرا صله داده گفت خاطر من بدین جواب نا (i) صواب ازین دغدغه فارغ گشت *

آورده اند که چون نصر وفات یافته امیر اسماعیل بادشاه شد بدستور سابق ابواب مکاتبات نسبت بیاران وحق گزاران مفتوح داشته از القاب ایشان کلمه نمیگرفت (k) تاعیان معروض داشتند که چون بمرتبه سلطان رسیدی این همه تواضع احتیاج نیست جواب داد که در ایام عظمت وشوکت بر خود واجب ولازم میدانیم که دوستانرا از مرتبهٔ ایشان نیفکنیم بلکه در قدر آنجماعت بیفزاییم تا اخلاص ایشان نسبت بما ظاهر گرده وزیاده شود وبشکر انکه خدای عز وعلا درجهٔ مارا رفیع گردانید مارا نیز در ترفع دوستان ویکجهتان میباید کوشید رحمة الله علیه *

الفصل الثالث

ذکر سلطنت احمد بن اسماعیل بن احمد سامانی

چون امیر اسماعیل بریاض رضوان رفت بسرش احمد متصدی امر حکومت کشت ومکتفی خلیفه جهت او عهد ولوا فرستاد واحمد در مبدا سلطنت خود خواست که متوجه خراسان گردد ابرهیم زید یاوی گفت که نخست بسمرقند باید رفت وخاطر از عم خویش اسحق بن احمد

(i) لا vix locum hic habere potest. Neque, si rectum sit, alium sensum inuenire potui, nisi quem in versione expressi.

(k) In Codice: نمیکرد.

pergit Iohannes, Emiro ita placuerunt, vt manu mea prehensa diceret: "Hoc tuum responsum, quamuis rem indignissimam narres, animum meum ab illâ sollicitudine liberauit."

Narrant, Ismaelem, quum post mortem Nasri Padschah factus esset, in epistolis ad amicos, quarum commercium non dissoluit, ne verbum quidem ab eorum titulis detraxisse. Quam humilitatem Sultano non opus esse quum admoneretur, respondisse: "Nostri officii, quam„diu magnitudo et potentia nostra durat, esse existimamus, „amicos non a loco, quem tenent, detrudere, sed potius „eorum dignitatem augere, vt sincero et in dies crescente „amore nos amplectantur. Ea scilicet ratione rectas deo „agere gratias putamus, si quantum in nobis est, amicos „et familiares nostros extollere studemus." Faueat Deus tam pio principi!

CAPVT III.

HISTORIA IMPERII AHMEDI FILII ISMAELIS SAMANIDAE.

Post Emiri Ismaelis mortem eius filius Ahmed imperium assumsit, quod illi a Chalifa Mokthafi misso vexillo et diplomate confirmatum est. Primum quod exsequi constituit consilium, erat expeditio in Chorasan, sed admonitus ab Ibrahimo Zaid Alida Samarkandum ante omnia proficiscendum esse, vt animum a metu patrui Isaaci filii Ahmedis, hostis domestici, liberaret, eo festinauit, patruum cepit et vinctum secum Bocharam duxit. Hac

که دشمن خانکیست فارغ ساخت امیر ابو نصر احمد بن
اسماعیل بر وقف صوابدید ابرهیم بسمرقند شتافت
واسحقرا بکرفت وببخارا آورده اورا محبوس کردانید وبجانب
خراسان نهضت فرمود چون بنشابور رسید بارس کبیر
که بنیابت بدرش حکومت جرجان تعلق به او میداشت
کریخته ببغداد رفت تفصیل این اجمال آنکه بارسرا از
خراج ری وطبرستان وجرجان مال وافر جمع شد چنانچه
در خزانه او هشتاد خروار زر سرخ مسکوک از فلوزی ونقره
موجود بود واجناس وامتعهرا خود قیاس نبود ودر اخر ایام
امیر اسماعیل بارس این اموال را بار کرده متوجه خدمت
او کشت ودر راه خبر موت او شنید مراجعت نمود واین
اموال متصرف شده داعیهٔ استقلال از خاطرش سر بر زد
وچون خبر توجه احمد بن اسماعیل شنید رسولی نزد
مکتفي فرستاده رخصت طلبید که بخدمت شتابد مکتفي
رخصت داد بارس با چهار هزار سوار وخزانه سنکین ببغداد
رفت ودر حین وصول او مکتفي مرده بود ومقتدر بخلافت
نشسته واو در مبدا حال رسیدن بارس را با اموال ورجال
غنیمتي تمام شمرده در صدد تربیت بارس در آمد وامراء
خلیفه از توهم تقدم خدمتش غلامي از ممالیک اورا
بفریفتند تا بتعبیهٔ زهر جان کزاي خاطر همه را از
آن دغدغه فارغ کردانید واحمد بن اسماعیل بعد از توجه
بارس بدار السلام حکومت طبرستان بابو العباس عبد الله
ابن محمد نوح تفویض نمود ودر آن زمان حسن بن علي

re gesta iter decretum in Chorasan ingressus est. Quum igitur Nischapurum peruenisset, Pares Kebir, cui ab Ismaele Dschordschani praefectura commissa erat, (aduersus quem haec expeditio suscipiebatur,) vrbe relicta Bagdadum fugit, cuius rei haec erat ratio et causa. Pares ex vectigalibus Raiae, Tabaristhani et Dschordschani tantas opes acquisiuerat, vt in eius thesauris auri flaui et signati et rudis octoginta camelorum onus et insuper immensa variae suppellectilis et vtensilium copia reperiretur. Quas opes quum iumentis et plaustris impositas ad Emirum Ismaelem ferret, in itinere nuncio mortis Ismaelis deprehensus statim rediit tantisque diuitiis potitus suae prouinciae imperium absolutum affectauit. Sed certior factus, Ahmedum filium Ismaelis aduentare, legato ad Mokthafium Chalifam misso veniam ab illo rogauit in eius tutelam se conferendi; qua accepta Pares cum quater mille equitibus et multis opibus Bagdadum profectus est. Priusquam autem eo peruenisset, Mokthafi Chalifae mortuo successerat filius Mokthader, (17) qui statim post Paresi aduentum ipsum cum omnibus et hominibus et opibus facilem praedam existimans rationem et occasionem illius exspoliandi dispiciebat. Hinc factum est, vt Chalifae magnates, metuentes, ne Pares suum principem anteuerteret, vnum ex eius seruis subornarent, vt veneno lethifero illum e medio tolleret, et ea ratione ipsorum animum ab hac sollicitudine liberaret.

Quum Pares Bagdadum fugisset, Ahmed Tabaristhani praefecturam Abulabbaso Abdallaho filio Mohammedis Nuhi concessit, qui vita et moribus tantam apud omnes

الاطروش علوي بر ممالک ديالمه استيلا يافته تحريص ايشان ميکرد که با عبد الله محاربه نمايند وايشان بواسطه حسن معاش عبد الله به آن راضي نميشدند تا احمد بن اسماعيل عبد الله را از طبرستان عزل کرده سلاسرا بجاي او منصوب فرمود واطروش با ديالمه بجنگ سلار آمده منهزم شدند وسلار از حکومت آن مملکت استعفا نمود بار ديگر حکومت طبرستان بعبد الله مفوض شد وعبد الله بضبط وربط امور آن ديار اشتغال مينمود تا وفات يافت واحمد بن اسماعيل محمد بن صعلوک را قايم مقام او گردانيد *

ودر سنه ثمان وتسعين ومائتين احمد بن اسماعيل سيستان را بگرفت چنانچه در قضاياء صفاريه رقم زدهٔ قلم بيان گشت ودر همين سال احمد عمّ خودرا اسحق از محبس بيرون آورده سمرقند واندجان بوي داد *

ودر سنه ثلثمايه احمد بن اسماعيل بسر عمّ خويش را منصور بن اسحق را بحکومت نشابور فرستاد ودر همين سال بار سيستانيان باغي شدند واحمد بار ديگر لشکر بآن صوب فرستاده ايشانرا ايل ساخت *

ودر سنه احد وثلثمايه احمد بن اسماعيل بشکار رفته در مرحلهٔ نزول فرمود وچون از آن منزل کوچ کرد فرمود تا اتش در لشکر گاه زدند ودر حين بار گشتن از مرجان خبر رسيد که اطروش بر ديار طبرستان استيلا يافته صعلوک نايب اورا از آن مملکت بيرون کرده است

miit gratiam, vt Dailemitae, quos Hosn filius Alii Alatrusch (18) (surdus) subiugauerat, hunc suum principem bellum aduersus Abdallahum molientem sequi nollent. Deinceps quum Abdallah ab huius prouinciae imperio remotus in eiusque locum Sallam suffectus esset, libenter cum principe in Tabaristhan profecti, sed proelio commisso a Sultano deuicti sunt. Sallam autem quum sponte hac prouincia abdicasset, Abdallahus iterum illam accepit et vsque ad mortem tenuit. Illo mortuo Ahmed hanc prouinciam Mohammedi filio Saluki tribuit.

Anno CCXCVIII. Ahmed filius Ismaelis Sisthanum expugnauit, quae res iam in Soffaridarum historia narrata est. Eodem anno Ahmed patruo Ishako ex carcere producto Samarkandi et Andschani (quae vrbs vsitatiore nomine Ferganah dicitur) prouinciam donauit. Ann. Ar. 298. incipit 8 Sept. 910.

Anno CCC. Ahmed patruelem suum Mansurum filium Ishaki praefectum Nischapuri constituit. Eodem anno rebellarunt Sisthanienses, quare copiae aduersus eos mittendae erant, quae ad obedientiam illos reduxerunt. Ann. Ar. 300. inc 17 Aug. 912.

Anno CCCI. Ahmed quum venatum exiisset magna comitum turba stipatus, castra in quodam loco posuerat, quae quum inde abiret incendi iussit. (Hoc quamuis leuissimum videri possit, haud leue tamen momentum habuit.) Scilicet quum aliquanto post ex Dschordschano redeuntem nuntius allatus, Atruschum Tabaristhano, Saluko suo ibi procuratore expulso, potitum esse, tanta tristitia affecisset, vt exclamaret: "Bone Deus, si apud te constitutum est, hac prouincia me priuare, mortem a te expeto," in Ann. Ar. 301. incepit 6 Aug. 913.

واحمد بن اسماعيل ازين خبرها بغاية ملول شده گفت
الهي اگر تقدير چنانست كه آن مملكت بالكل از دست
من مسلوب شود مرا مرگ ده وبعد از آن در آن منزل كه
آتش زده بود فرود آمد ومردم اين معني را بفال بد داشتند
وهم در آن منزل شب غلامان بخركاه در آمده اورا بقتل
رسانيدند بتبيين اين مقال آنكه احمد بن اسماعيل
اكثر اوقات با علما مجالست نمودي وازين جهت غلامان
مشعر (1) شده قصد كشتن او كردند هر شب دو شير خرين
بر در خركاه بادشاه ميبستند تا دشمن بدانجا نتواند
رفت وبحسب اتفاق شبي اين احتياط مرعي نداشتند
وغلامان كه انتظار فرصت مينمودند بخركاه بادشاه در آمده
اورا شربت فنا چشانيدند واين حادثه در شب پنجشنبه
بيست وسيوم ماه جمادي الاخر سنه احدي وثلثمايه دست
داد روز ديگر نعش اورا ببخارا برده دفن كردند وبعد از آن
اورا سلطان شهيد گفتند وبعضي از غلامان بادشاه
كش را يافته بقتل رسانيدند گويند كه امير احمد
بن اسماعيل مردي بهادر خوداي بد خلق بود زمان سلطنت
او شش سال وچهار ماه وشش روز امتداد يافت ❁

(1) In Cod. مشغر.

locum, vbi castra incensa fuerant, se contulit, vnde homines statim nihil boni augurati sunt, neque eorum opinio eos fefellit. Siquidem noctu a seruorum quibusdam cubiculum ipsius ingressis interfectus est, quod ita contigit. Serui quum Ahmedis interficiendi consilium cepissent, eius exsequendi opportunitatem captarunt. Itaque quum vna quadam nocte, qua Ahmed cum theologis more suo disputabat, leones duo syluestres ante portam tentorii principalis alligati non essent, qui alias semper ibi alligari solebant, ne hostis aliquis ad principem posset accedere, hac occasione arrepta illi principis tentorium ingressi sunt et Ahmedem ad venenum, quod ipsi propinabant, sumendum coegerunt. Haec indigna eius mors contigit nocte post diem Iouis, vigesimum tertium mensis Dschemadi al achar (sexti Arabum mensis) diem anni CCCI. Sequenti die eius cadauer Bocharam transportatum ibique humatum est; seruorum, qui eum interfecerant aliqui deprehensi et supplicio capitali affecti sunt (19). Ann. Arab. 301. inc. d. 6 Aug. 913.

Ceterum Ahmed, qui post mortem *Emiri Schahid* (principis martyrio coronati) agnomen accepit, dicitur fuisse princeps fortis quidem, sed pertinax etiam et malignus. Regnum tenuit annis sex, quatuor mensibus et septem diebus (20).

الفصل الرابع

ذكر سلطنت نصر بن اسماعيل بن احمد سامانى

چون احمد بن اسماعيل كشته شد احمد بن محمد بن ليث شحنهٔ بخارا ابو الحسن نصر بن احمد را كه در صغرسن بود بر دوش كرفته ميبرد كه مردم با او بيعت كنند نصر مفهوم شده كفت شما ميخواهيد كه مرا همچون پدر بكشيد كفتند ما ميخواهيم كه ترا بجاى پدر بنشانيم ودر ابتداء حال خلايق از نصر اعتبارى نداشتند وكمان ايشان آن بود كه با وجود عم بدرش اسحق كه شيخ سامانيه است وحاكم سمرقند بيداست كه اين كودك چه تواند كرد ومجموع ما وراء النهر غير از اهل بخارا ميل با اسحق سامانى وفرزندان او داشتند وزمانه مساعدت نموده وطالع موافقت كرده بلكه ارادت حق عز وعلا متعلق شده وتوفيق الهى ياورى نموده نصر بن احمد كه اورا امير سعيد ميكفتند بمراتب عليه رسيد ورتبهٔ او از مراتب آبا واجدادش در كذشت تفصيل اين اجمال آنكه ابو عبد الله محمد بن احمد وزير متكفل امور ملك شده بضبط مهام قيام نمود تا آن زمان كه نصر بسن رشد وتمييز رسيد وباتفاق بادشاه ووزير احوال ممالك نظام وانتظام يافت چون خبر وفات امير احمد بن اسماعيل وبيعت مردم با پسرش امير سعيد بسمع اسحق سامانى رسيد بتجهيز سپاه مشغول

CAPVT IV.

HISTORIA IMPERII NASRI FILII AHMEDIS, NEPOTIS ISMAELIS, PRONEPOTIS AHMEDIS SAMANIDAE.

Ahmede, filio Ismaëlis, ita interfecto, Ahmed Mohammedis filius, Laitsi nepos, qui Schehnae (praefecti) muneri Bocharae praeerat, Abulhasanum Nasrum, interfecti principis filium, pueritiae annis nondum egressum, humeris sublatum populo ostendit, vt princeps proclamaretur. Tum Nasr timidus: "Num, inquit, me sicut patrem meum occidere vultis? At Bocharenses: Minime vero, responderunt, immo in patris locum te substituemus.

Initio imperii homines parum eius rationem habebant; opinabantur enim, hunc puerum nihil valere, dum viuus esset Ishak, patris illius patruus, familiae Samanicae senior et Samarcandi princeps. Quare tota prouincia Transoxana praeter Bocharam Ishako Samanidae eiusque filiis adhaesit. At vero deinceps Nasr, quem Emirum Saidum (principem fortunatum) homines appellabant, fauente fortuna et annuentibus astris, vel potius voluntate Dei optimi maximi ita iubente eiusque auxilio ad dignitatem est euectus ipsa patris auorumque suorum dignitate superiorem (21); quod ex rerum ab illo gestarum narratione patebit.

Quamdiu rex ad iustam aetatem nondum peruenerat, Vezir Abu Abdallah Mohammed Ahmedis filius rebus praeerat, insigni quidem cum felicitate propter regis et Veziri concordiam. Ishak autem Samanida, quum nunciatum ei esset, Emirum Ahmedem occisum eiusque

شده بسر خودرا بنیابت در سمرقند بگذشت وبنفس خویش با لشکر سنگین روی ببخارا نهاد وامیر سعید حمویه را بحرب او فرستاد وهر دو فریق بیکدیگر رسیده حرب صعب اتفاق افتاد واسحق منهزم گشته حمویه مظفر ومنصور بجانب بخارا معاودت نمود واسحق چون بسمرقند رسید بار دیگر استعداد سپاه کرده لشکر فراوان جمع ساخت وبجانب بخارا روان شد بار امیر سعید حمویه را بحرب او نامزد فرمود ودرین نوبت نیز حمویه غالب گشته اسحق بگریخت حمویه در عقب بسمرقند رفته آن دیاررا در تصرف آورد واسحق در سمرقند مختفی شده بسرش الیاس بفرغانه رفت وحمویه راهها سپرده جاسوسان بر گماشت تا اسحقرا پیدا کنند واسحق متوهم شده بیرون آمد واز حمویه امان خواست وحمویه اورا ببخارا فرستاد واو در بخارا محبوس بود تا آن زمان که وفات یافت ❁

الفصل الخامس

ذکر مخالفة منصور بن اسحق سامانی با امیر سعید نصر بن احمد بن اسماعیل وبیان بعضی قضایا که در ان اوان روی نمود

در ایام دولت امیر سعید منصور بن اسحق بن احمد بن اسد بن سامان اظهار مخالفت وعصیان نمود وچون حسین بن علی مرورودی در اوان سلطنت امیر شهید احمد

filium Nasrum principem proclamatum esse, copias suas coegit, et filio suo Samarcandi praefectura commissa, ipse cum numeroso exercitu Bocharam contendit. Emir Said Hamuiam obuiam illi misit. Proelium acerrimum est commissum, vnde Ishak fuga salutem quaesiuit, Hamuiah victor et triumphans Bocharam rediit. Sed Ishak quum saluus Samarcandum peruenisset, iterum exercitum numerosum collegit, cum quo Bocharam versus est profectus. Tum pariter bellum contra eum Hamuiae est commissum, qui sicut antea, Ishakum proelio vicit, eumque fugientem Samarcandum vsque persecutus est. Vrbe ab eo capta Ishak in vrbe se abscondidit, filius eius Elias Ferganam fugit. Sed quum Hamuiah omnibus viis obsessis vbicumque homines misisset, qui Ishakum perquirerent, ille intelligens frustra esse se abscondere, sponte ad Hamuiam accessit gratiamque ab eo petiuit. Hamuiah autem Bocharam illum misit, vbi reliquam vitam in carcere transegit. (22)

CAPVT V.

BELLVM A MANSVRO ISHAKI FILIO CONTRA EMIRVM SAIDVM GESTVM, ET ALIAE RES, QVAE ILLO TEMPORE ACCIDERVNT.

Qui primus post hanc rem bellum contra Emirum Saidum moueret, erat Mansur filius Ishaki, nepos Asadi adeoque Samanida, isque a Hosaino excitatus. Nimirum Hosain, quum regnante Emiro Schahido Sisthani prouin-

بن اسماعیل دو نوبت سیستان فتح کرده بود طمع
میداشت که ایالت آن ولایت بدو مفوض گردد واحمد
بخلاف تصور حسین حکومت ولایت سیستان بسیمجور دواتی
داد وحسین ازین معنی رنجیده از امیر شهید بگریخت
وبفساد افساد کرده منصور بن اسحقرا بر عصیان او اغرا
وتحریض مینمود ودرین اثنا احمد بن اسماعیل را کشتند
وبعد از قتل او حسین اظهار خلاف کرده از هرات بنشابور
رفت ومنصور بن اسحق را بر ان داشت که خطبه بنام
خویش خواند وامیر سعید ازین معنی خبر یافته حمویه
بن علی را بخراسان جهت دفع این فتنه نامزد فرمود وحمویه
چون نزدیک بنشابور رسید منصور بن اسحق وفات یافت
وحسین بن علی مرورودی نشابور گذاشته بهرات رفت ومحمد
بن جنید شحنهٔ بخارا بسبب توهمی که از امیر نصر
کرد بحسین بپیوست وحسین بن علی برادر خودرا منصور
در هرات گذاشته بار دیگر بنشابور رفت وچون امیر
نصر به این قضیه اطلاع یافت احمد بن سهل را که از
امراء بزرگ بود واز نسل یزدجرد بن شهریار وامیر اسماعیل
سامانی در امور مملکت از صوابدید او تجاوز ننمودی وعدها
داده بخراسان فرستاد واحمد سهل بعد از جد واهتمام
حسین بن علی مرورودی ومحمد بن جنید را گرفته ببخارا
ارسال نمود وامیر نصر محمد بن جنیدرا بخوارزم روان
فرموده خدمتش در آن دیار وفات یافت وحسین بن علی را
بموجب فرمان در زندان بخارا بار داشتند وچون امیر

ciam bis expugnasset, huius prouinciae procurationem in meritorum remunerationem sibi concedi optauerat; itaque quum praeter eius exspectationem Ahmed hanc prouinciam Simdschuro Davathio tribueret, Hosain hoc ita aegre tulit, vt principis curia relicta de bello contra eum mouendo cogitaret. Hic igitur etiam Mansurum Ishaki filium ad defectionem commouit. Neque tamen quae inter ipsos conuenerant, ante Ahmedis filii Ismaëlis mortem exsecuti sunt. Eo autem occiso Hosain animum hostilem declaravit. Herata enim Nischapurum profectus, Mansurum Ishaki filium permouit, vt iam preces publicas pro se ipso ibi fieri iuberet. Haec res quum ad Emirum Saidum delata esset, ille Hamuiam in Chorasan ad has turbas sedandas misit. Is quum prope Nischapurum peruenerat, Mansur Ishaki filius mortuus est, Hosain ben Ali Merurvedi autem Nischapuro relicto Herathanf fugit. Vbi quum Mohammed filius Dschonaidi, Bocharae Schehnah (praefectus), qui ab Emiro Nasro haud bona sibi prouidebat, se illi adiunxisset, animus Hosaino ita creuit, vt fratre Mansuro Herathae relicto, Nischapurum rediret. Huius rei nuncio accepto Emir Nasr Ahmedem filium Sahli qui a Jezdedscherdo filio Schahrjari genus ducebat et olim Emiri Ismaëlis Samanidae laudem et approbationem numquam non meruerat, in Chorasanum misit, magnis promissis illum ad rem strenue agendam excitans. Etiam tum hic imperator tam bene rem gessit, vt Hosainum filium Ali Merurvedi et Mohammedem filium Dschonaidi captos Bocharam mitteret; quorum prior iubente Emiro Bocharae carcere detentus, alter in Karizmiam missus est, vbi vsque ad

نصر بمواعيد خود ونا ننمود احمد بن سهل باغي شد ونزد
مقتدر خليفه رسولي ارسال كرده التماس حكومت خراسان
نمود وملتمس احمد مبذول افتاده بعد از انكه در نشابور
كارش قوي شد روي بجرجان نهاد وبا قراتكين حاكم
جرجان جنك كرده اورا از آن ولايت بيرون تاخت واز آنجا
بمرو آمده سوري در غايت استحكام بنياد نهاد وامير
سعيد حمويه را بجنك او روان فرمود وحمويه بعد از
محاصره احمد سهل را بدست آورده روانه بخارا گردانيد
واحمد بن سهل در حبس امير نصر وفات يافت *

ومقارن اين حال ليلي بن نعمان كه از امراء اطروش
بود از قبل قاسم بن حسن داعي والي طبرستان بجرجان آمد
وفرزندان اطروش علوي در القاب او مي نوشتند المؤيد
لدين الله المنتصر لآل رسول الله ليلي بن نعمان وبرين
نهج نام اورا بعد از اسامي والقاب بادشاهان در خطبه
ذكر ميكردند وليلي بعد از ضبط جرجان روي بدامغان
نهاد ومردم آن ولايت باوي جنك كرده بسياري ازيشان
كشته شدند وچون ليلي بسخاوت وشجاعت آراسته بود
امراء اطراف بدركاه او ملتجي شدند وبنابر آنكه دخل او
بخرجش وفا نميكرد باشارت قاسم بن حسن داعي عنان
عزيمت بجانب خراسان منعطف ساخته بنشابور آمد
وفرمود تا در آن ولايت خطبه بنام قاسم بن حسن داعي
خواندند وامير نصر ازين حادثه خبر يافته حمويه را با
لشكري سنكين بدفع او نامزد فرمود وميان هر دو فريق

mortem permansit. At quum Emir Nasr promissorum fidem non liberaret, Ahmed filius Sahli ipse ab eo defecit et ad Mokthaderum Chalifam legato misso Chorasani praefecturam ab eo expetiuit. Qua accepta Nischapuri suum imperium firmauit; deinceps de Chorasani fide certus in Dschordschan mouit, vnde Kerathkinum, huius prouinciae praefectum, expulit. Hinc Mervam rediit eiusque muros quam maxime firmauit. Neque tamen diu eius imperium durauit. Hamuiah enim, quem Emir Said contra eum misit, eum aliquamdiu Mervae obsessum cepit et Bocharam misit, vbi in carcere vitam finiuit. (23)

Eodem tempore Laili filius Nomani, qui inter Emiros Atruschi fuerat, in Dschordschan venit; a Kasemo filio Hasani Dai (inuitatore), Tabaristani procuratore missus. Hunc hominem ipsi Atruschi Alidae filii ita honorabant, vt in epistolis eum *Mowaiied ledin illah el monthaser leahl resul illah* (Defensor fidei, praesidium stirpis legati diuini) *Laili ben Noman* appellarent, et hoc honorificum eius nomen in precibus publicis statim post principum nomen recitaretur. Dschordschano occupato Dameganum perrexit, huiusque prouinciae incolarum, qui arma illi opposuerunt, multos interfecit. Neque non, quoniam Laili ben Noman erat vir fortis et liberalis, multi regionum adiacentium Emiri se ei adiunxerunt. Ita mandata optime exsecutus prouincia hac pacata iubente Kasimo filio Hasani Daio in Chorasan contendit, et quum Nischapurum peruenisset, postulauit, vt ibi pro Kasimo filio Hasani Daio preces publicae fierent. Id quum nunciatum esset Emiro Nasr, Hamuiam numeroso

در نوتان از اعمال طوس اتفاق ملاقات افتاد و در اول محاربه لشکر بخارا منهزم شدند اما حمویه ومحمد بن عبد الله بلعمي وابو جعفر صعلوك وخواژمشاه وسیمجور دواني باي ثبات افشرده جنگهاي مردانه کردند وبر سپاه لیلي که اکثر بغارت وتاراج اشتغال داشتند غالب آمدند ولیلي اگر چه از معرکه بیرون رفت اما عاقبت گرفتار کشته بقتل رسید *

آورده اند که حسین بن علي (m) مدتي در بخارا محبوس بود وبعد از چند گاه بشفاعت یکي از خواص ومعتبران امیر نصر اورا از حبس بیرون آورده ملازم دیوکاه" گردانید روزي امیر نصر آب طلبید در کوزهٔ که چندان خوب نبود آب آوردند حسین بن علي مروروذي با علي بن حمویه گفت که بدین حاکم نیشابورست ودر آنجا کوزهاي خوب مي باشد چرا نمیفرستند علي بن حمویه جواب داد که تبرك خراسان که به این جانب فرستند (n) باید که مثل تو واحد بن سهل ولیلي بن نعمان باشد از کوزه وامثال آن که گوید وحسین مروروذي ازین جواب بغایت خجل شد *

(m) In Codice: علي بن حسین

(n) Forsan legendum: فرستد quae (pater meus) misit.

cum exercitu Nischapurum misit ad Lailium depellendum. Pugnatum est prope Nukan in pago Tusensi. Hac in pugna copiae Bocharenses iam fugae se mandauerant, sed Hamuiah, Mohammed filius Abdallahi Balami, Abu Dschafar Saluk, Karizmschah et Simdschur Davathi loco non cedentes et rem strenue gerentes, copias Lailii, magna ex parte praeda cogenda occupatas, inuaserunt et deuicerunt. Ipse Laili quamuis proelio iam excessisset, captus et trucidatus est.

Sed vt ad Hosainum filium Alii reuertamur; fertur ille aliquamdiu Bocharae vinculis detentus, deinceps deprecante quodam ex Emiri Nasr familiaribus liberatus et inter domesticos principis relatus esse. Aliquando ille, quum Emiro Nasr potum poscenti aqua in patera porrigeretur, qua nemo aliquid viderat pulchrius, ex Alio filio Hamuiae quaesiuit: quare pater, quum sit Nischapuri praefectus, ipsi non mitteret aliquot ex vasculis pulcherrimis, quae ibi conficerentur? Tum Ali, filius Hamuiae respondit: Quae huc ex Chorasan mittantur necesse esse, vt sint talia, qualis ille vel Ahmed filius Sahli vel Laili filius Nomani; quid rei illi sit cum pateris et huiusmodi aliis? Summo pudore suffusus est Hosain Merurvedi hoc responso audito.

الفصل السادس

ذكر استيلاء امير سعيد نصر بن احمد سامانى بر بلاد ري ونواحي آن

در شهور سنه ثلاث وعشر وثلثمايه ناتك غلام يوسف بن ابي الساج ري را كرفته با خليفه المقتدر بالله باغي شد ومقتدر به امير نصر بپيغام داد كه ما ري را به او ارزاني داشته ايم بايد كه بنفس خويش متوجه آن جانب كردد وامير نصر لشكر بجانب ري كشيده چون به آن حدود نزديك رسيد ناتك بكوشهٔ بيرون رفت وامير سعيد دو ماه در آن ولايت اقامت نموده حكومت آن ديار را بسيمجور داتي داد واز آنجا بخراسان وما ورا النهر معاودت نمود وبعد از آن سيمجوررا طلبيده جاي اورا بمحمد بن صعلوك ارزاني داشت وصعلوك بحكومت ري مشغول بود تا در سنه ثلاث وعشر مريض كشت ودر اوان بيماري حسن بن قاسم بن حسن داعي وماكان بن كاكي را از طبرستان طلبيد تا ري تسليم ايشان كند والقاب داعي الموفق بطاعة الله المعترف بحق آل رسول الله مي نوشتند ودر خطبه نيز به اين عنوان ميخواندند وايشان بري رفته صعلوك بوعده وفا نمود وصعلوك متوجه خراسان شده چون بدامغان رسيد وفات كرد وبعد از آن چند روز داعي كشته كشت وبعد از قتل او اسفار بن شيرويه بري وطبرستان وقزوين وقم وكاشان ولركوجك (o) استيلا

(o) Nomen لركوجك vix rectum est. ABULFEDA Ann. mosl. T. II. p. 352. has Asfari vrbes enumerat: قزوين والري وهمذان وكنكور ودينور وبزدجرد وقم وقاشان واصفهان وحربادقان, Quod nomen reponendum sit, equidem ignoro.

CAPVT VI.

RAIA ET ADIACENS REGIO AB EMIRO SAIDO NASR FILIO AHMEDIS SAMANIDAE EXPVGNATVR.

Anno CCCXIII. quum Fathek, mancipium Jusefi filii Abi'ssah, defecisset et Raiae imperium vsurpasset, Mokthader Chalifa ad Emirum Nasr diploma misit, quo prouinciam Raiensem ipsi tribueret simulque iniungeret, vt ipse ad vsurpatorem expellendum Raiam proficisceretur. Eo quum Emir Nasr cum copiis peruenisset, Fathek vrbe relicta in latibulum se abdidit. Post duos menses in rebus huius prouinciae constituendis consumtos, Nasr Simdschuro Davathio eam commisit et in Chorasan et prouinciam Transoxanam reuersus est. Simdschuro breui post reuocato Raiam Mohammedi filio Saluki concessit, qui ipso hoc anno trecentesimo decimo tertio graui morbo correptus Hasanum Kasemi filium, Hasani nepotem Daium et Makanum filium Kaki ex Tabaristhano aduocauit, vt Raiam ipsis traderet, quod etiam, quum aduenerant, praestitit. Hic Dai et in diplomatibus et in precibus publicis splendidissimo titulo vtebatur: *Almowakkef bi tait illah el matharef bi hakki ahl resul illah.* (Constans in obedientia erga Deum, insignis meritis erga stirpem legati diuini). Saluk breui post quum in Chorasan rediret, in itinere Damegani mortuus est. Dai post aliquot temporis occiso, Asfar filius Schirujae Raia, Tabaristhano, Kazwino, Komo, Kaschano, et Lerkudscheko potitus, preces publicas in his regionibus rursus pro Emiro Nasr fieri iussit. Sed quum ille incolas multis et grauibus iniuriis afficeret, rebellione

Ann. Ar. 313. inc. 28 Mart. 925.

یافت وخطبه بنام امیر نصر خواند واسفار دربن ولایات ظلم بسیار میکرد ومردم را مصادرات مینمود ونسبت بمقتدر خلیفه عصیان مي ورزیدند امیر سعید مکتوبي به او نوشت تا دست از حرکات نا پسندیده باز دارد واسفار از امیر نصر متوهم با او نیز اظهار باغي کرد وخلیفه لشکر بجنگ اسفار فرستاده اسفار ایشانرا منهزم گردانید ودر شهور سنه سبع وعشر وثلثمایه امیر سعید نصر بن احمد از بخارا بیرون آمده عازم ري شد وبعد از قطع منازل به نشابور رسیده جهت مصلحت ملکي چند روزي در آنجا توقف نمود واسفار این خبر شنیده او نیز آمادهٔ حرب گشت ودرین اثنا مطرف بن محمد جرجاني وزیر اسفار با او گفت مصلحت امیر آنست که رسولي نزد امیر نصر فرستاده اظهار اخلاص کند واگر مالي تقبل باید کرد متقبل شود چه من از جماعت اتراك که دربن لشکر اند اندیشناکم مبادا غدري کنند اسفار سخن وزیر شنیده ایلچي بپیش امیر سعید فرستاد امیر سعید نخست (p) از مصالحت ابا نمود واصحابش نصیحت کرده گفتند جنگ مصلحت نیست چه مال حال را بجز علام الغیوب کسي نمیداند امیر سعید سخن ناصحان قبول کرده آن ولایت را باسفار مسلم داشت ومقرر ساخت که هر سال بخزانه عامره چه رساند در مدت غیبت امیر نصر برادرانش از بند بیرون آمده فتنها انگیختند وامیر باز کشته آن شورش را تسکین داد بر ازکیا پوشیده نماند که در ایام سلطنت امیر سعید در طبرستان وخراسان وما وراء النهر قضایاي لا تعد ولا تحصي روي نمود واگر مجموع آنها رقم زدهٔ کلك بیان کرد این دفتر بتطویل انجامد ❁

(p) In Codice: نجست sive بخست.

contra Mokthaderum Chalifam orta, Emir Nasr eum epistola admonuit, vt ab hac nequitia desisteret. Quod ille tam aegre tulit, vt etiam Nasro bellum indiceret. Copias a Chalifa deinceps aduersus se missas fugauit. Anno CCCXVII. autem Emir Said Nasr filius Ahmedis cum copiis Bochara Raiam summa cum festinatione profectus est. Sed quia Nischapuri illi morandum erat ad huius prouinciae res corrigendas, Asfar aduentus Emiri nuncium accepit et tempus nactus est quo ad bellum se pararet. Censente tamen Veziro Motarref filio Mohammedis Dschordschanensi, legatum de pace ad Emirum Nasrum mittendum, vel etiam pecunia, si necesse fuerit, pacem redimendam esse, quia Turcarum, qui in exercitu sint, fides non satis certa sit, legatum ad Emirum Saidum misit. Initio quidem ille parum pronus erat ad hanc rogationem ipsi concedendam, sed monentibus amicis, belli fortunam ancipitem esse, cuius exitum nemo nouerit nisi Deus inuisibilis, omniscius, in prouincia Asfarum confirmauit, tributo annuo in thesaurum regium perferendo ipsi imposito. (24)

Ann. Ar. 317. inc. 13 Febr. 929.

Dum aberat Emir Nasr, eius fratres carcere, quo inclusi erant, effracto turbas miscuerunt, quas tamen Nasr statim post reditum sedauit.

Inter omnes eruditos constat, regnante Emiro Saido, in Tabaresthano, Chorasano et regione Transoxana innumerabiles res gestas esse, quas si omnes commemorare vellemus, in amplum volumen hic liber excresceret. (25)

الفصل السابع

ذكر وفات امير سعيد نصر بن احمد سامانى

بر ذات همايون امير سعيد رحمت سلّ مستولى كشته سه ماه صاحب فراش شد وهو رجب سنه احدى وثلثين وثلثمايه بجوار رحمت غفور بپيوست زمان حياتش سى وهشت سال بود ومدت حكومتش بيست وهشت سال واو بغايت رحيم وكريم وعادل وعاقل بود حكايت كنند كه پيش او تقرير كردند كه فلان تاجر جوهر نفيس خريده است بسيزده هزار درم وآن جوهر لايق خزانهٔ امير است فرمان داد تا بازركانرا با جوهر حاضر ساختند امير نصر جوهر را بشناخت كه از خزانهٔ وى دزديده بودند وبازركانرا پرسيدند كه اين جوهر از كه خريدهٔ گفت از فلان غلام امير فرمود تا غلام بمجلس آورد بهاى جوهر ازو طلبيدند ومعلوم كردند كه ثمن آنرا تلف كرده امير نصر جوهررا از بازركان گرفته مبلغ جهار ده هزار درم به او داد وبازركان جريمهٔ غلام را در خواست نموده گفت خونش بتو بخشيدم اما اورا با خود ببرد وغلام را نيز به آن مرد تاجر ارزانى داشت *

گويند كه در حين عرض لشكر شخصى را نزد او آوردند كه نصر بن احمد نام داشت امير نام او پرسيده خاموش بايستاد وديگر بار پرسيده جواب نداد يكى از ملازمان گفت كه اورا نصر بن احمد نام است وجهت

CAPVT VII.

MORS EMIRI SAIDI NASRI, FILII AHMEDIS, SAMANIDAE.

Phthisis tandem oppressit corpus augustum Emiri Saidi eumque sex menses in lecto decumbere coegit, donec mense Radscheb (septimo apud Arabes mense) anni CCCXXXI. ad Deum clementem et misericordem transiret, postquam octo et triginta annos vixerat, et viginti octo regnauerat; (26) princeps clementissimus, liberalissimus, iustissimus et prudentissimus. Ann. Ar. 331. inc. 14 Sept. 942.

Narrant, indicátum illi aliquando esse, mercatorem quendam gemmas pretiosas, dignas quae regio thesauro adiungerentur, tredecim millibus Drachmarum emisse. Iussisse igitur principem, mercatorem cum illis gemmis aduocari. Quum vidisset Emir, has gemmas ex suo thesauro surreptas esse, (ab amicis Emiri) quaesitum esse ex mercatore, a quonam illas emerit? Respondisse illum, se a regio quodam mancipio eas emisse. Tum mercatorem hoc mancipium aduocare iussum esse. (Amicos principis) dehinc seruum de gemmarum pretio interrogasse et ex illo cognovisse, hanc pecuniae summam iam dissipatam esse; tum Emirum gemmas quidem vindicasse, mercatori autem quatuordecim millia Drachmarum numerari iussisse; quumque mercator de mancipii delicto quaereret, dixisse: "Tibi sanguinem eius donaui, at illum secum abstulit." Etiam illud mancipium huic mercatori eum dedisse addunt.

Aliquando quum copias lustraret, hominem ad eum duxerunt, cui idem quod principi nomen, Nasr filius Ahmedis erat. Is quum princeps illum de nomine iterum

تعظیم امیر ورعایت ادب نام خود نمیکوید امیر نصر فرمود که بس اورا حقی بر ما واجب شد وفرمان داد تا اورا مرسوم مضاعف کردند *

وروایت کنند که در آن زمان که برادران او خروج کردند وباموال خزاین وی دست دراز کردند وچون بار دیگر امیر نصر بر مسند سلطنت تمکن یافت با او گفتند که فلان وفلان مبلغ خطیر از خزانه برده اند اکنون آن اموال را مع شیء زاید ازیشان میتوان گرفت امیر سعید فرمود که هر چه نصیب هر کس بود به او نرسید باید که هیچکس متعرض آنچیزها نگردد تا روزی کاردی نفیس که ثلثی از خزانه امیر نصر برده بودند دوبست دینار فروخته بپیش او آوردند امیر فرمود تا آن مبلغ را بصاحب کارد دهند ان شخص گفت کم از هزار دینار نستانم ملازمان گفتند عجب حالتیست امیر کارد خودرا باآنچه خریدهٔ از تو میخرد وتو مضایقه میکنی بعد از آن خواستند که کاردرا بتقلب ازوی بستانند امیر نصر فرمود که رضای او نگاه دارید ومزاحم او مشوید *

نقلست که در ایام مرض فرمود تا بر در قصر او خانه ساختند وآنرا بیت العبادة نام نهادند اکثر اوقات در آنجا با (q) جامهای پاك بعبادت مشغول میبود تا روزگار فرخنده اثارش بپایان رسید وبعد از وی با پسرش امیر نوح که ملقب بود بامیر حمید بیعت کردند *

(q) In Codice: تا.

iterumque interrogaret, silentium constanter obtinuit. Tandem aulicorum vnus, eum *Nasr ben Ahmed* vocari, et propter verecundiam principis suum nomen non proferre, Emiro significauit. Tum Emir Nasr: "Gratias sane, inquit, illi debemus," et duplum stipendium illi numerari iussit.

Aliud porro humanitatis Nasri exemplum narratur. Quum fratres eo tempore, quo thronum occupatum habuerant, etiam thesauros regios expilassent, Emiro Nasro, postquam in regnum redierat, indicati sunt illi, qui magnas pecuniae summas ex thesauris acceperant, adeo vt cum vsuris eas repetere posset. Sed Nasr vnumquemque suam portionem accepisse dixit, et ne quis alicui illam eriperet, vetuit. Aliquando quum ad eum cultер preciosus, quem aliquis ex thesauro regio surripuerat, ducentis denariis venditus afferretur, ea pecunia cultrum ab emitore redimi iussit. Neganti homini, se minus mille denariis illum venditurum, aulici dixerunt: "Miro modo agis, quod Emiri, qui suum ipsius cultrum eadem, qua tu eum emisti, pecunia abs te redimere vult, voluntati te opponis." Suadebant tum principi, vt cultrum ab illo homine vi extorqueri iuberet; at ille, ne vllam vim illi inferrent, vetuit. (27)

Quum aegrotaret princeps, prope portam palatii aedificium exstrui iussit, quod *Baith el abadet* (domum cultus religiosi) appellauit. Ibi vestibus religiosis indutus saepissime rebus diuinis vacabat, donec vitam suam felicem clauderet. (28)

Post Nasri mortem principatus ad eius filium Emirum Nuh, quem *Emirum Hamid* (principem laudabilem) appellarunt, est delatus.

الفصل الثامن

ذكر سلطنت نوح بن نصر بن احمد بن اسماعيل سامانى

امير نصر در ايام دولت خويش بسر بزرگتر خود امير اسماعيل را ولي عهد گردانيده بود واراده ازلي چنان اقتضا كرد كه بسر پيش از پدر وفات كند وبعد از رحلت امير نصر امراء وارکان دولت بر سلطنت بسر دیگرش نوح اتفاق كردند وضبط مهام مملكت بابو الفضل محمد بن احمد الحاكم مفوض گشت وابو الفضل احمد بن حمويه كه از معتبران امير نصر بود بگرفتن سبب آنكه او (؟) در آنزمان كه امير سعيد اسماعيل بسر خويش را ولي عهد كرد ابو الفضل را بنيابت او تعيين نموده بود از ابو الفضل نسبت بنوح استخفافي صادر شد وامير نصر ازين معني آگاه شده به ابو الفضل گفت كه چون مرا واقعهٔ نا گزير پيش آمد تو جان خودرا از نوح نگاه دار وچون امير نصر بدار بقا خرامید ابو الفضل از امور گذشته بجانب آمل رفت ونوح اسمالت نامهٔ او فرستاد وابو الفضل از آمل معاودت نموده ببخارا رفت ونوح در مقام مرحمت وعاطفت آمده سه رقعه به او داد *

ودر (؟) اواخر سنه اثني وثلثين وثلثمايه امير نوح ابو علي محمد بن محتاج را بري فرستاد بواسطه آنكه ركن الدولة ديلمي آن ولايترا متصرف شده بود وابو علي با لشكر سنگين متوجه ري شد

1) او videtur esse delendum.

2) In Codice: ونوح در. Sed haud dubie نوح vitiosum est, propter sequens امير نوح, quod ad Abualium referri nequit.

CAPVT VIII.

HISTORIA REGNI NUHI FILII NASRI, NEPOTIS AHMEDIS, PRONEPOTIS ISMAELIS, SAMANIDAE.

Emir Nasr, dum adhuc inter viuos esset, filium natu maiorem, Emirum Ismaelem, haeredem regni instituerat. Is vero quum ante patris obitum vita excessisset, Emiri et magnates post Emiri Nasri mortem alterum eius filium Nuhum Soltanum declarauerunt. (29) Hic Abulfadlo Mohammedi filio Ahmedis elhakemi summam rerum commisit. Ita Nuho in imperium sublato Abulfadl Ahmed Hamuiae filius, qui inter familiares Emiri Nasri fuerat, fugit, eam ob causam, quod illo tempore, quo Nasr filium Ismaelem regni haeredem instituit, istius adhucdum pueri tutor constitutus Nuhum paruo in honore habuerat. Quod animaduertens Emir Nasr ipsi consuluerat, vt si quando ipse fato ineuitabili functus fuerit, a filio Nuho sibi prouideret. Hinc factum est, vt Emiro Nasro in aeternam vitam transgresso Abulfadl Amuiae fluuio transito Amolum se conferret. Ibi autem ab Emiro Nuh litteras accepit, quibus omnium praeteritorum veniam ipsi obtulit. Amolo igitur Bocharam reuersus tam clementem et benignum erga sè principem deprehendit, vt Samarcando ab illo praeficeretur. (30)

Exeunte anno CCCXXXII. Emir Nuh Abualium Mohammedem filium Mohthadschi Rainm misit, quoniam Rokneddaula Dailamita hanc prouinciam occupauerat. Is quum numeroso cum exercitu in itinere iam Sobze- Ann. Arab. 332. incepit 3 Sept. 943.

جون بسبزوار رسید وشمکیر (t) از جانب طبرستان احرام خدمت امیر نوح بسته در مرو به او رسید وامیر نوح مقدم اورا گرامی داشته شرایط احترام وتعظیم کما یجب وینبغی بجای (u) آورد وچون ابو علی از حدود سبزوار گذشته بدامغان رسید منصور بن قراتکین که از جمله معتبران امیر نوح بود با جماعتی از ابو علی مختلف نموده متوجه جرجان شدند وحسن بن فیروزان حاکم آن ولایت بود با منصور محاربه کرده ومنصور منهزم گشته بنشابور معاودت نمود وابو علی با بقیت لشکر متوجه ری شد ورکن الدولة از شهر بیرون آمده در سه فرسخی ری ملاقات اتفاق افتاد وجمعی اکراد که (x) لشکر ابو علی بودند بپیش رکن الدولة رفتند وابو علی منهزم شده بجانب نشابور عنان عزیمت منعطف گردانید واجمال واثقال او بدست دیالمه افتاد وابو علی بنشابور آمده وشمکیر از خدمت امیر نوح بپیش او رسید وحکمی با ابو علی رسانید مضمون آنکه وشمکیر را مساعدت (y) نماید تا جرجان را از دست حسن فیروزان انتزاع نماید ابو علی انقیاد فرمان نموده با وشمکیر وطایفه از لشکریان که امیر نوح مصحوب او گردانیده بود بجرجان روان شد وحسن فیروزان استقبال ایشان کرده میان فریقین حربی صعب روی نمود وحسن منهزم شده وشمکیر بجرجان استیلا یافت *

(t) In Codice alibi legitur: وشمکیر, alibi دشمکیر.
(u) In Codice: بجامي siue بجاي.
(x) Forsan addendum est: در.
(y) In Codice: مسعارت.

varum peruenisset, Vaschmgir (31) ex Tabaristhano Mervam ad Emirum Nuh accessit, eum tamquam dominum suum salutans. Emir eius aduentum laetissimum sibi et honorificentissimum existimans, quocunque modo, sicut par erat, illum honorauit. Abuali interea quum Sobzevari finibus peragratis Dameganum attigisset, Mansur filius Kerathkini, vnus ex Emiri Nuhi familiaribus cum copiis, quibus praeerat, ab eo secessit et in Dschordschan, cui Hosn filius Firuzani praefectus erat, se contulit. At Mansur a Hosno victus Nischapurum rediit; nec ipse Abuali fortunam expertus est magis secundam. Cum reliqua scilicet copiarum parte Raiam progressus tribus parasangis ab vrbe Raia cum Rokneddaula, qui ex vrbe obuiam illi exierat, conflixit, et quum Kurdorum cohors, quae in eius exercitu erat, ad Rokneddaulam transiret, tam citato cursu Nischapurum fugere coactus est, vt omnis supellex omniaque impedimenta in Dailemitarum potestatem venirent. Nischapurum autem ingressus Vaschmgirum ab Emiro Nuh redeuntem deprehendit, qui mandatum principis protulit, quo Abuali iubebatur Vaschmgiro opem ferre ad Hosnum Firuzanum ex eius prouincia Dschordschano expellendum. Huic igitur mandato parens cum Vaschmgiro et copiarum, quas Emir Nasr illi dederat, parte in Dschordschan contendit. Hosn Firuzan quidem ad iis resistendum magnos apparatus fecerat, sed acri proelio pulsus et suam ditionem Vaschmgiro cedere coactus est.

ودر صفر سنة ثلاث وثلثين وثلثمايه ابو علي بخراسان باز گشت وامير نوح نيز به نشابور آمده لشكر عظيم مرتب ساخت ونوبت ديگر ابو علي را بري فرستاد واو در جمادي الاول سنة مذكور بقصد رسيده ركن الدولة شهررا بگذاشت وابو علي بري ونواحي آن مستولي شده عمال خويشرا بسابر (z) اعمال جبال روان داشت امير نوح مدتي در نشابور رحل اقامت انداخته طايفه از عوام خراسان از ابو علي ونواب او شكايتها كردند وامير نوح ابرهيم سيمجوررا والي خراسان گردانيده در رمضان سال مذكور روي ببخارا نهاد وولايت ابرهيم بر مزاج ابو علي گران آمده چه طمع آن ميداشت كه بواسطه اخراج ركن الدولة از ري مرتبه او ارتفاع يابد وبعد از آن ابو علي برادر خود ابو العباس فضل بن محمدرا ببلاد جبال فرستاد وهمدانرا باقطاع به او داد واورا خليفه خويش گردانيد وفضل بتهاونه ودبدوري رفته مجموع اكراد را بطاعت در آورد *

(z) Sic in codice, sed legendum videtur بسر.

Mense Safar (secundo apud Arabes mense) anni CCCXXXIII. Abuali in Chorasan rediit. Tum etiam Emir Nuh Nischapurum venit ibique magnum exercitum coegit, quem Abualio iterum Raiam ducendum commisit. Has vires Rokneddaula extimescens vrbem reliquit, quum Abuali mense Dschemadi el awal (quinto anni Arabici mense) huius anni Raiam aduenisset. Ita Abuali hac prouincia potitus omnibus muneribus per totam regionem montanam suos homines praefecit (iis qui ea tenebant, remotis). Nihilominus Abuali mox prouincia Chorasan exutus est. Emir Nuh enim, quum apud ipsum aliquamdiu Nischapuri morantem quidam ex plebe Chorasanica de Abualii eiusque locum tenentium violentia grauiter quererentur, Ibrahimo Simdschuro hanc prouinciam concessit. Tum mense Ramadhan (nouo anni Arabici mense) huius anni Bocharam reuersus est. Chorasani prouinciam sibi ademtam esse, Abuali aegerrime tulit praesertim quum propter Rokneddaulam Raia expulsum maiora potius praemia, quam honoris imminutionem exspectauisset. Ann. Ar. 333. inc. 23 Aug. 944.

Deinceps Abuali fratrem suum Abulabbasum Fadhlum Mohammedis filium in regionem montanam misit, Hamadanum vrbem in portionem ei concessit, suique locum tenentem eum constituit. Fadl igitur Nehavendum et Dainverum contendit Kurdorumque gentes multas subegit.

الفصل التاسع

ذكر مخالفة ابو علي (a) محمد بن محتاج با امير نوح بن نصر بن احمد سامانيي

در شهور سنة اربع وثلثين وثلث ماية ابو علي بن محمد بن محتاج با امير نوح اظهار مخالفت كرد وسببش آن بود كه ابو علي بتجهيز لشكر مشغول كشت كه از خراسان بري رود امير نوح عارضي فرستاد كه احتياط سپاه كرده مرسوم ايشانرا برساند وعارض با ابو علي مناقشه بسيار نموده نام بعضي از متعلقان او از دفتر اسقاط كرد وخاطر ابو علي ازين جهت مشعل (b) كشت بعد از آنكه ري وآن نواحي مستخلص كردانيد امير نوح شخصي را بضبط اموال آن ولايت فرستاد وبابو علي نوشت كه در مال مدخل نكند وازين جهت رنجش او سمت ازدياد پذيرفته تفويض امارت خراسان سپهسالار علاوة اين اسباب كشت وابو علي بر مخالفت امير نوح بكجهت كشته بطلب ابرهيم بن احمد بن اسماعيل ساماني كه در آن اوان بسببي از اسباب بجانب موصل رفته بملازمت امير ناصر الدولة اشتغال مينمود فرستاد وابرهيم با ذود هزار سوار از موصل متوجه عراق شده در همدان بابو علي ملحق كشت وباتفاق روي بپايكر بري آمدند ودر مجموع ولايات عراق كه در تصرف ايشان بود عمال خويش بر سر اعمال فرستاده روي بخراسان نهادند

(a) Deinceps interponitur: بن.

(b) In Codice: مشغر sive مشعز.

CAPVT IX.

REBELLIO ABUALII MOHAMMEDIS FILII MOHTHADSCHI CONTRA EMIRUM NUHUM AHMEDIS FILIVM SAMANIDAM.

Anno CCCXXXIV. Abuali Mohammedis filius Mohthadschi nepos ab Emiro Nuho defecit, cuius rei haec erat causa. Quum Abuali instruendis copiis, quibuscum Raiam contenderet, occupatus esset, Emir Nuh hominem ad illum misit, qui et copias perlustraret, et stipendium illis afferret. Hic quum alia multa ab Abualio facta taxaret, etiam vnius ex iis, quos comites sibi destinauerat, nomen ex copiarum albo deleuit. Quod quum Abualii animum acri dolore pupugisset, magis adhuc ille exacerbatus est, quum post Raiam eiusque agrum ab eo expugnatum Emir Nuh hominem quendam in hanc prouinciam mitteret, qui eius vectigalibus praeesset, et Abualium literis iuberet, ab hac cura omnino se continere. His accessit prouincia Chorasani ipsi ademta et Simdschuro tradita. Quare quum Abualio stetisset consilium seditionem aduersus principem mouendi, misit ad Ibrahimum, Ahmedis filium adeoque Ismaelis nepotem, Samanidam, qui tunc forte ob causam aliquam, quam hic exponere non licet, Mauselum profectus in Nasereddaulae castris stipendia faciebat, illumque ad belli societatem inuitauit. Is cum nonaginta millibus militum Mauselo in Irakum profectus, Hamedanum ad Abualium accessit. Coniunctis igitur copiis vterque dux Raiam mouit. Hinc omnibus Iraki praefecturis, quas tenebant, suis hominibus traditis, Ann. Ar. 334. inc. 12 Aug. 945.

وامیر نوح از صورت حادثه اگاهی یافته با لشکرهای ما وراء
النهر از آب عبور نموده بمرو آمد ودرین ولا سر ان سپاه
وسایر لشکریان که از محمد بن احمد حاکم وزیر متشکی
بودند معروض امیر نوح گردانیدند که بسبب حرکات نا
لایق وزیر ابو علی عصابهٔ عصیان بر ناصیه بسته است
وزیر مبلغی از علفه ما نبز گرفته اگر پادشاه اورا بما می
سپارد خدمت میکنیم وگوج (c) میدهیم والا بیش عمش
ابرهیم میرویم امیر نوح بالضرورة وزیررا باسرا سپرد واپشان
اورا در جمادی الاول سنه خمس وثلثین وثلثمایه بقتل آوردند
چون مخالفان قریب بمرو رسیدند اکثر سپاه امیر نوح
غدر کرده بانجماعت پیوستند ونوح را مجال مقاومت
نمانده در کشتی نشست واز آب عبور نموده ببخارا رفت
وابرهیم ساماني وابو علي بر خراسان استیلا یافته بعد از ضبط
آن مملکت روي ببخارا نهادند ونوح از انجا بطرف سمرقند
نهضت کرد وابو علي به آن ولایت در آمده بفرمود تا خطبه
بنام ابرهیم خواندند ودر خلال این احوال ابو علي از ابرهیم
متوهم شده بترکستان رفت چه مفسدان با او گفتند
که ابرهیم قصد تو دارد وامیر ابرهیم در بخارا تنها مانده
منصور بن قراتکین که از امراء امیر نوح بود وابو علي اورا
در نشابور گرفته وبند کرده بود رها کرد ومنصور
گریخته بسمرقند پیش امیر نوح رفت وامیر ابرهیم از ضبط
امور مملکت عاجز آمده مقرر برآن شد که امیر نوح حاکم

(c) In Codice: گوح.

Abuali et Ibrahim in Chorasan perrexerunt. Hac de re certior factus Emir Nuh cum copiis Transoxanis Oxum transgressus Meruum peruenit. Ibi summus copiarum praefectus caeteriique duces grauiter de Veziro Mohammede Ahmedis filio Hakimo conquesti sunt; illum enim violentia et iniuriis Abualium ad seditionem permouisse *) et iam ipsis stipendium imminuere clamabant. Quare optionem fecerunt principi, aut si Vezirum ipsis traderet, se fideliter ipsi seruituros et auxilium praestituros; aut si hoc recusaret, se ad patruum ipsius transituros esse. Eo coactus Emir Nuh copiarum ducibus Vezirum tradidit, quem illi mense Dschemadi el aval (quinto apud Arabes mense) anni CCCXXXV. trucidarunt. Nihilominus tamen, quamuis princeps tam facilem se praebuisset copiis, maxima earum pars, quum rebelles Mervo appropinquarent, ad hos transiit, ita vt Emir Nuh resistendo impar, nauicula arrepta Oxum transire et Bocharam fugere coactus esset. Hinc mox Samarcandum perfugit, quum Ibrahim Samanida et Abuali Chorasano potiti, rebus huius prouinciae constitutis, eum persequerentur. Abuali igitur Bocharam ingressus, preces publicas ibi pro Ibrahimo fieri iussit. At breui post Abuali, quum a maleuolis quibusdam suspicio in eius animo excitata esset, Ibrahimum vitae ipsius insidiari, in Thurkestanum se contulit. Ita Ibrahimo solo Bocharae relicto, Mansur Kerathkini filius, vnus ex Nuhi Emiris, quem Abuali Nischapuri captum in vincula coniecerat euadendi opportunitatem inuenit et Samarcandum ad Emirum Nuhum perfugit. (32)

Ann. Ar. 335 incepit 1 Aug. 946.

*) In persicis legitur: "propter eius iniurias Abuali armillas rebellionis pericarpio suo alligauit."

وامیر ابرهیم لشکر کش باشد وهر دو باتفاق در استیصال
ابو علي کوشند ومحموع اهالي بخارا این معني را بسندیده
داشته قاصدان بپیش امیر نوح فرستادند ونوح از سمرقند
بیرون آمد وابرهیم با لشکر بخارا متوجه خدمت او شده
بیکدیگر رسیدند وباتفاق بر سر ابو علي رفتند وابو علي
ایشانرا منهزم گردانیده امیر نوح بناه بکوي برد وابو
علي بار دیگر خودرا بر ایشان زده بخاریانرا متفرق ساخت
با قبح صورتي ببخارا رسیدند وابو علي ایشانرا تعاقب
نموده به شهر در آمد وخواست که اتش در بخارا زند
بعضي از مشایخ در آن باب شفاعت کردند تا از سر آن
در گذشت وبرادر امیر نوح ابو جعفر محمد بن نصررا طلب
داشت وبا او بیعت کرد ودر محموع آن ولایت خطبه بنام
او خواندند ودر این اثنا ابو علي از بعضي اعیان لشکر
مخالفتي تصور کرد وبهانه آنکه بسمرقند میرود از
بخارا بیرون آمده متوجه جغانیان شد ودر غیبت او
جمعي به امیر نوح نوشتند که عرصهٔ مملکت خالیست
وجهت توقف معلوم نیست امیر نوح عنان عزیمت بجانب
بخارا معطوف گردانید وامیر ابرهیم سامانی وابو جعفر به
استقبال شتافته بامیر نوح بپیوستند ودر مقام اعتذار
واستغفار در آمدند واز جراتهاي خویش اظهار ندامت
کردند ونوح عذر ایشان مسموع داشته ببخارا در آمد
وچون بر سریر حکومت متمکن گشت از امراء طغان
حاجب را بقتل آورده عم خود امیر ابرهیم ودو برادر خود

Emir Ismael autem regni curis sustinendis impar tandem decreuit, omnia quae ad ciuilem prouinciae administrationem pertinerent, Emiro Nuho concedere, sibi copiarum imperio tantum reseruato, et cum nepote vires ad delendum Abualium coniungere. Quod quum et omnidus Bocharensibus placeret, legatus ad Emirum Nuhum missus est, qui ipsi hoc patrui consilium indicaret. Nuh omnia rata habens Samarcando exiit, et Ibrahim cum copiis Bocharensibus obuiam illi profectus est. Coniunctis igitur copiis aduersus Abualium processerunt, sed turpem ab eo cladem perpessi sunt, ita vt Emiro Nuh in monte quodam latibulum esset quaerendum. Bocharenses item Abuali altero proelio deuicit, et cum ignominia vrbem repetere coegit, vrbemque ipsam eorum vestigiis inhaerens cepit; quam igni concremare iam decreuerat, sed quorundam magnatum (vrbis) precibus mollitus ab hoc crudeli consilio destitit. Tum Nuhi fratrem Abudschafarum Mohammedem, Nasri filium, aduocauit, principem illum declarauit proque eo in tota hac regione preces publicas fieri iussit.

At breui post Abuali, quorumdam ducum fidem suspectam habens, Bocharam reliquit, praetexens Samarcandum se proficisci et Dschafanianum secessit. Eo absente quidam Emiro Nuho literis significarunt, regnum iam vacare ipsique sine mora Bocharam veniendum esse. Emir Nuh igitur iter Bocharam statim ingressus est, et Emiri Ibrahim et Abudschafar obuiam ei profecti, veniam eorum, quae in eum commiserant, rogarunt et meliorem fidem polliciti sunt. Eorum excusatione benigne accepta,

ابو جعفر واحمد را میل کشید ومنصور قراتکین را بحکومت خراسان فرستاد *

ومغاربن (d) این حال وشمکیر از حسن فیروزان گریزان شده بخراسان آمد وبعد از ضبط آن ولایت منصور از جانب امیر نوح مامور گشت که وشمکیر را معاونت نموده جرجانرا از حسن فیروزان انتزاع نماید وبه او دهد وبموجب فرمودهٔ منصور با لشکرها روی بجرجان نهاد ومیان او وحسن مصالحه واقع شده حسن از جرجان بیرون رفت وشمکیر در مقر عز خویش قرار گرفت ومنصور قراتکین از آن دیار مراجعت نموده بعد از معاودت منصور رکن الدولة دیلمي بر صوب جرجان حرکت کرد ووشمکیر با او محاربه کرده منهزم بخراسان رفت واز اعیان سپاه وشمکیر سیصد وسیزده کس بدست رکن الدولة گرفتار کشتند *

ودر سنه ثمان وثلثین وثلثمایة عماد الدولة دیلمي وفات یافت *

ودر سنه تسع وثلاثین منصور قراتکین با لشکرهاي خراسان متوجه ري شد ودر آن اوان رکن الدولة در شیراز بود وعلي بن کامه که بنیابت وي در ري بحکومت مشغول میبنمود از شهر بیرون رفته متوجه اصفهان شد ومنصور بران ولایت مستولي گشته عمال خود باطراف فرستاد ومعز الدولة دیلمي برادر رکن الدولة آهنگ جنگ منصور بآساز داده میان ایشان محاربات واقع شد ودر سنه اربعین (e)

(d) In Codice: مغارن. (e) In Codice: اربع.

in vrbem venit, imperium sibi vindicauit et ex Emiris vnum tantum Toganum Hadschebum (cubicularium) occidi iussit, Emirum Ismaelem autem duosque fratres suos Abudschafarum et Ahmedem in gratiam recepit. (33) Post haec Mansurum Kerathkinum Chorasani rebus praefecit.

Breui post contigit vt Vaschmgir (ante triennium fere in regnum restitutus) a Hosno Firuzano Dschordschano rursus eiectus in Chorasanum veniret. Tum Emir Nuh Mansurum iussit, post Chorasani res constitutas Vaschmgiro opem ferre ad imperium Firuzano eripiendum. Qui mandato parens cum copiis in Dschordschan profectus est, et Hosn Firuzan, quum ad bellum cum tantis copiis imparem se sentiret, pacem cum eo composuit, qua Vaschmgiro prouinciam concessit. At postquam Mansur in Chorasanum redierat, Vaschmgir rursus prouincia expulsus est. Rokneddaula scilicet Dailamita Dschordschanum inuasit, et Vaschmgirum acie victum, sexcentis et sedecim ex eius copiarum ducibus captis, in Chorasan fugere compulit.

Anno CCCXXXVIII. Emadeddaula Dailamita mortuus est. (34) Ann. Ar. 338. incepit 30 Iun. 949.

Sequenti anno Mansur Kerathkin cum copiis Chorasanicis Raiam profectus est, et Ali Kamehi filius, Rokneddaulae, qui tunc Schirazi erat, nomine hanc prouinciam tenens, Isfahanum fugit, hosti prouincia sua relicta. Quum Mansur iam omnibus prouinciae vrbibus et locis suos homines praefecisset, tum demum Moezzeddaula Rokneddaulae frater ad illum expellendum aduenit et Ann. Ar. 339. incepit 19 Iun. 950.

وثلثمایه منصور در ری وفات یافته خراسانیان باوطان مراجعت نمودند *

ودر اثناء این اوقات میان ابو علي وامیر نوح رسل ورسایل متواتر شده امیر نوح بسر رضاء آمد وبعد از رحلت منصور قراتکین ابو علي بغرمودهٔ امیر نوح در امارات خراسان مدخل نمود ودر شهور سنه اثني واربعین وثلث مایه امیر نوح ابو علي را بجانب ری روان کرد وشمکیر از جرجان به او بپوست وایشان چون بري رسیدند رکن الدولة دید که طاقت مقاومت ندارد بناه بقلعة - - - - - (f) طبرک را محاصره کرد ومدت در بند آن امتداد یافته زمستان رسید واکثر دواب خراسانیان تلف شده هردو فریق از محاربه ملول ومتبرم شدند وعبد الرحمن خازن که در علوم ریاضي مصنفات دارد وزیج صفایح از مؤلفات اوست پاي در میدان سفارت نهاده بدان مقرر شد که رکن الدولة هرسال مبلغ دویست هزار دینار بخزانهٔ امیر نوح رساند وابو علي از ظاهر طبرک برخاسته وشمکیر مکتوبي به امیر نوح فرستاد مضمون انکه ابو علي بنایر محبتي که با رکن الدولة داشت در محاربه مساهلة نمود وامیر نوح بدین سبب از ابو علي برنجید وچون ابو علي معاودت کرده به نشابور رسید رکن الدولة لشکر بجرجان کشید ووشکیر گریخته بخراسان آمد وچون صورت واقعه مسموع امیر نوح گشت ابو

(f) Hoc loco haud dubie aliquot verba exciderunt, forsan totus locus sic restituendus est: وبناه بقلعة طبرک بردة ابو علي طبرک را محاصرة کرد propter redeuntem vocem طبرک librarius facile haec verba omittere poterat. Infra haec arx scribitur طبرک. Nolui immutare in vtrouis loco nomen mihi iguotum.

plura proelia cum illo fecit. (35) Sed Mansuro sequenti anno CCCXL. Raiae defuncto copiae Chorasanicae sponte domum redierunt. Ann. Ar. 340. incepit 8 Iun. 951.

Dum haec gererentur, Emir Nuh et Abuali legatis et literis sibi inuicem missis in gratiam redierunt; quare Mansuro ipso hoc tempore mortuo, Abuali in prouinciam Chorasani restitutus est. Sed biennio post haec eorum amicitia rursus dissoluta est. Anno scilicet CCCXLII. Emir Nuh Abualium Raiam misit, eique ex Dschordschano Vaschmgir (in regnum denuo restitutus) se adiunxit. Quorum coniunctis copiis vim opponere verens, Rokneddaula Raiâ in arcem Tirek (vel Tabrek) confugit. Quam quum Abuali per longum tempus obsedisset, tempus hibernum, quo Chorasanicorum maxime iumenta affligebantur, vtrique parti pacis desiderium indidit. Quare mediante Abdorrahmano (36) thesaurario, egregio mathematico, scriptis mathematicis et tabulis astronomicis claro, vtrimque de his conditionibus conuentum est, vt Rokneddaula quotannis tributum ducentorum millium Denariorum principi penderet. Arcis igitur Tabrek (vel Tirek) obsidione ab Abualio soluta, Vaschmgir Emiro Nuh scripsit, Abualium propter occultam cum Rokneddaula amicitiam negligenter in bello egisse. Eo Emiri Nuhi animus erga Abualium ita exacerbatus est, vt quum post Abualii reditum Rokneddaula Dschordschanum rursus inuasisset et Vaschmgirum in Chorasan confugere coegisset, prouin- Ann. Ar. 342. inc. 17 Mai. 953.

علي از خراسان عزل کرده امارت آن دیار را بابو سعید بکر بن مالک خرغانه ارزاني داشت وابو علي در صدد معذرت آمده رسولان نزد امیر نوح فرستاد اما عذر او مسموع ومقبول نیفتاد وامیر نوح بوشمکیر وحسن فیروزان وامراء خراسان بپیغام داد که بر سبیل اتفاق بدفع او قیام نمایند وابو علي از امیر نوح مایوس شده مکاتبات برکن الدولة فرستاده دستوري خواست که به او ملحق شود ورکن الدولة ایلچي اورا بنوازش تمام باز گردانیده ابو علي بجانب ري توجه نمود وجون بخدمت رکن الدولة رسید بیش از آنچه توقع میداشت رکن الدولة اورا تعظیم واحترام کرده ابو علي ازوي درخواست تا منشور ایالت خراسان از خلیفه بنام او حاصل کند ورکن الدّولة رسولي جهت این مهم بپیش برادر خود معز الدولة که در بغداد صاحب اختیار بود فرستاد ومعز الدّولة در آن باب منشور خلیفه حاصل کرده ارسال نمود وابو علي در اوایل سنة ثلاث واربعین وثلثمایة بخراسان در آمده روس منابر باسم ولقب مطیع عباسي مزین گردانید ودر خلال این احوال امیر حمید نوح بن نصر وفات کرد وزمان سلطنت او سیزده سال بود ❁

ciam Chorasan Abualio iterum adimeret et Abu Saido Bekro filio Maleki Ferganensi tribueret, nec legatos admitteret audiretque, quos ad se excusandum Abuali ad eum misit, sed Vaschmgiro, Hosn Firuzano et Emiris Chorasanicis mandaret, vt iunctis viribus Abualio bellum inferrent. Tunc Emiri Nuhi reconciliandi spe deiectus Abuali ad Rokneddaulam literas scripsit, quibus ab illo veniam expeteret, ad ipsum se conferendi; quae res Rokneddaulae tam grata fuit, vt Abualii legatum summis honoribus prosequeretur, et ipsum Abualium, quum Raiam peruenisset, cum maioribus quam sperare ille poterat, honoribus exciperet. Libenter etiam morem illi gessit petenti, vt diploma a Chalifa, quo Chorasani prouinciae praeficeretur, sibi procuraret. Legato enim misso Rokneddaula fratrem Moezzeddaulam, qui tum Bagdadi omnia ex suo arbitrio agebat, rogauit, vt tale diploma Abualio a Chalifa impetraret. Quo accepto Abuali initio anni CCCXLIII. in Chorasanum profectus, pro Motio Abbasida preces a suggestibus templorum fieri iussit. (37) Haec dum fierent Emir Hamid Nuh, Nasri filius diem supremum obiit, post tredecim annorum regnum.

Ann. Ar. 343. incepit 6 Mai. 954.

الفصل العاشر

ذكر وفات نوح بن منصور وجلوس بسرش عبد الملك بجاي او

در ربيع الاخر سال مذكور سنة ثلاث (g) واربعين وثلثمايه نوح بن منصور بجوار رحمت ملك غفور بپيوست واو طريقهاي مستحسن واخلاص بسنديده داشت وبعد از وفات او بكر بن مالك كه نامزد حكومت خراسان شده بود وهنوز بآنجا نرفته جد وجهد تمام نمود تا شغل خطير سلطنت بر عبد الملك قرار گرفت وبعد از آن عبد الملك اورا بخراسان فرستاد *

ودرين سال وباي عظيم در خراسان وقهستان روي نمود چنانچه اكثر خلايق آن موضع بزوال وفنا آمدند *

ودر سنه اربع واربعين وثلثمايه با لشكري از خراسان متوجه ري شد ودر محرم اين سال ركن الدولة كه از جرجان معاودت نموده بري رفته بود چون شنيد كه لشكر بيكانه توجه آن جانب دارد رقعهٔ بمعز الدولة نوشت كه مدد فرستاد واو سبكتكين حاجب با جماعتي بمعاونت برادر خود نامزد فرمود وهم درين سال محمد بن ماكان با لشكري از خراسان بجانب اصفهان رفت وابو منصور بويه بسر ركن الدولة بعد از استماع اين خبر دنابن وخزاين وعيال واطفال خود وبدر خود ركن الدولة را برداشته بطرف ري روان شد ومحمد بن (h) ماكان بعد از استيلا بر اصفهان بويه

(g) Excidit in Codice ثلاث, quod addendum putaui.

(h) Excidit in Codice: بن

CAPVT X.

NUHO MANSURI FILIO SVCCEDIT FILIVS ABDOLMALK.

Anni igitur commemorati CCCXLIII. mense Dschemadi el achar (sexto anni Arabici mense) Nuh ad Deum clementem et misericordem transiit, princeps vitae eximiae et morum praestantium (38). Post eius mortem Bekr Maleki filius, qui Chorasano praefectus nondum in suam prouinciam abierat, omne studium intendit, vt Abdolmalkum in excelso imperii munere confirmaret. Deinceps Abdolmalki iussu in suam prouinciam profectus est.

Illo anno grauis pestilentia in Chorasano et Kahisthano saeuiit, quae multos homines abripuit.

Anno CCCXLIV. Bekr cum copiis ex Chorasano Raiam mouit, quo Rokneddaula ex Dschordschano reuersus mense Moharram (primo anni Arabici mense) peruenerat. Hic quum hostilis exercitus aduentum accepisset, literis auxilium expetiuit a fratre Moezzeddaula, qui Sobokthegínum cum exercitu ad auxilium illi ferendum misit. Eodem anno Mohammed Makani filius cum alia copiarum Chorasanicarum parte Isfahanum accessit, et Abu Mansur Bubeh, Rokneddaulae filius, (qui ibi rebus praeerat) eius aduentu audito, cum omni supellectile et familia cum sua tum patris Raiam fugit. Mohammed autem, Makani filius, vrbe praesidio firmata, ad Bubehum persequendum se accinxit, quem etiam in itinere

Ann. Ar. 344. inc. 26 Apr. 955.

را تعاقب نموده در راه به او رسید وبحسب اتفاق وزیر رکن الدولة ابو الفضل بن حمید در آنزمان ببوبه بپوست ولسکر وزیر بعد از جنك از (i) خراسان منهزم شده خزاین وحرم رکن الدولة بدست اتباع محمد بن ماکان افتاد ولشکر خراسان بغارت وتاراج مشغول شدند ودرین اثنا وزیر باخود اندیشید که چون خزینه واهل وعیال رکن الدولة بدست دشمنان افتاد بکدام آب روی بپیش او توان رفت وبکدام چشم روی او توان دید لاجرم دل از جان بر گرفته بر سباه محمد بن ماکان حمله کرد منهزمان چون دانستند که وزیر در معرکه پای ثبات فشرده بنفس خویش جنك میکند باز گشتند وفدای وار بر لشکر خراسان زده ایشانرا از جای برداشتند وبسر ماکانرا اسیر کردند وابو الفضل بن حمید باصفهان رفته خراسانیانرا از آنجا اخراج نمود وبالاخره میان رکن الدولة وعبد الملك بن نوح سامانی مهم بمصالحه انجامید *

ودر سنه خمسین وثلاث مایه امیر عبد الملك در حین گوی باختن از اسب افتاد وهلاك شد مدت سلطنتش هفت سال وکسری بود وکنیت او ابو الفوارس ولقبش در زمان حیات مؤید بود وبعد از وفاتش موفق خواندند ودر ایام دولت خویش قاعده انصاف ومروت وسیاست مرعی داشت ونام نیك در جهان یادگار گذاشت *

(i) Siue لشکر addendum, siue خراسانیان legendum est.

assecutus est. Quamuis interea Abulfadhl Hamidi filius, Rokneddaulae Vezir, quem pater filio obuiam miserat, ad Bubehum accessisset, tamen Veziri exercitu in fugam coniecto, omnes et opes et mulieres Rokneddaulae in manus militum Mohammedis filii Makani inciderunt. Sed dum copiae Chorasanicae colligendis spoliis occupatae erant, illa animum Veziri subiit cogitatio: "quonam cum vultu, amissis opibus et familia Rokneddaulae, ad Emirum accedere eiusque vultum aspicere possit?" Haec cogitatio animum eius ita pupugit, vt resumtis viribus pugnam cum Mohammedis filii Makani copiis restauraret. Tum etiam cetera copiarum pars, quae iam fugerat, quum Vezirum pedem sistere strenueque rem gerere audiisset, in proelium rediit, et impetu vehementi facto Chorasanicos loco pepulit, ipso eorum duce filio Makani capto. Tali victoria potitus Abulfadhl Hamidi filius Isfahanum mouit et praesidium Chorasanicum inde expulit. Denique inter Rokneddaulam et Abdolmalkum Nuhi filium Samanidam pax est composita.

Anno CCCL. Emir Abdolmalk, dum pila luderet, equo delapsus, breui post exspirauit, post septem annorum et quod excurrit, regnum (39). Agnomen ipsi erat *Abulfavares* (equitum pater) et honoris titulus, dum viueret, *Movaijad* (victoriis inclytus); post mortem *Movaffek* (constans) est appellatus. Morum probitate, aequitate et imperii iustitia praeclarum apud posteros nomen meruit. (40) Ann. Ar. 350 inc. 19 Febr. 961.

الفصل الحادي عشر

ذكر سلطنت منصور بن نوح بن نصر بن اسماعيل سامانى

چون عبد الملك وفات يافت برادرش ابو صالح منصور بن نوح حاكم خراسان وما وراء النهر شد بيش از بيعت او با (k) امراء وارکان دولت قاصدي بپيش البتكين كه از مرتبهٔ رقيت بدرجهٔ امارت رسيده بلكه قدوه ومرجع ايشان شده بود فرستادند تا ازو استمزاج نمايند كه لايق بادشاهي از اولاد (l) سامانى كيست او با فرستادهٔ امراء گفت كه منصور تو جوانست وسزاوار بر (m) امر خطير عم اوست وقبل از آنكه اين پيغام بامراء رسد ايشان منصورا بر سرير سلطنت نشاندند والبتكين از منصور متوهم شده بتحف وهدايا خواست كه خاطر او بدست آرد هرچند پيشكشها فرستاد مفيد نيفتاد وچون مهم منصور استقامت يافت بطلب (n) مسرعان روان كرد البتكين دانست كه در رفتن او خير نيست لاجرم قصد غزنين كرد ودر راه با امراء بر سبيل استحثاث مشورت فرمود كه مخالفت منصور اظهار كنند بانه ايشان متفق الكلمه معروض داشتند كه ما همه در مقام اطاعت وانقياد امير يم والبتكين شرف محمدت ارزاني داشته رخصت فرمود كه آن جماعت ببخارا روند وخود با سه هزار غلام خاصه بجانب غزنين روان شد ومنصور جاي اورا بابو الحسين سيمجور داد مشار اليه

(k) با delendum videtur.

(l) In Codice: اولهء.

(m) In Codice legitur بين, unde quidem sensus extrudi potest. Debet enim, si lectio sana est, idem esse quod Arabes dicunt اطراف الملك.

(n) Excidit forsan لو.

CAPVT XI.

IMPERIVM MANSURI, FILII NUHI, NEPOTIS NASRI, PRONEPOTIS ISMAELIS, SAMANIDAE.

Abdolmalko igitur mortuo, illius frater Abusaleh Mansur in imperium Chorasani et prouinciae Transoxanae successit. Priusquam autem illi iuramentum praestaretur, Emiri et magnates ad Alpthegimum (Chorasani procuratorem), qui extremo loco natus, ad Emiratum deinceps euectus, summam denique inter Emiros auctoritatem assecutus erat, legatum miserunt, qui illum percunctaretur, quem ex familia Samanidarum dignum imperio existimaret? Quo ad nihil aliud intendebant, nisi vt ludibrio eum haberent. Respondit ille legato, Mansuro iustam ad regnum aetatem deesse, patruum autem eius parem imperio esse. Emiri autem, antequam illud responsum ad eos peruenisset, Mansuro thronum Soltanatus concesserunt. Alpthegin igitur, quum a nouo principe quaeuis mala timeret; donis et muneribus illum placare conatus est, quod tamen, quamuis munera plurima eaque pretiosissima mitteret, minime assecutus est. Mansur deinceps, quum imperium sibi firmum esse existimaret, legatos ad Alpthegimum misit eumque ad curiam suam venire iussit. Alpthegin autem periculosum hoc esse ratus, Gaznam contendit. In hoc itinere Emirorum suorum animos exploraturus, ab illis petiit, vt se hostes Mansuri declararent; illi autem vnanimi consensu responderunt, se in fide erga principem permansuros. Tum Alpthegin eorum fidem laudans, Bocharam eundi iis licentiam dedit, ipse cum tribus mil-

بخراسان رفته بضبط وربط آن مملکت مشغول شد ومنصور
بانجده هزار سوار از عقب البتکین فرستاد والبتکین
بمحاصره (o) مشغول گشته قهرا قسرا (p) شهررا بگرفت
وباقی دیگر منصور لشکر سنگین بجنگ او نامزد فرمود
ودرین نوبت نیز البتکین غالب آمد *

ودر سنة ست وخمسین وثلثمایه ابو علي بن الیاس والي
کرمان گریخته ببخارا رفت وبعرض منصور رسانید که باندک
توجهي مملکت دیالمه در حوزهٔ دیوان اعلي مي آید وبیش
ازین وشمگیر نیز این سخن بعرض رسانیده بود القصه منصور
نامهٔ نوشت بوشمگیر وحسن فیروزان که در خاطر جنانست
که لشکري بطرف ري روانه گردانم وظیفه آنکه شما ساخته
واماده باشید تا در مرافقت ایشان بدآن صوب توجه نمایید (q)
بعد از آن امیر الجیوش خراسان ابو الحسین سیمجوررا نامزد
ري گرد وبا او مقرر فرمود که از صواب دید وشمگیر تجاوز
ننماید وچون این خبر برکن الدولة رسید عیال واطفال را
از ري باصفهان فرستاد وبا بسر خود عضد الدولة وبعضي
لشکریان در ظاهر گفت بخراسان رویم چه امیر الجیوش
محمد بن ابرهیم بن سیمجور متوجه ري است وعرصهٔ
خراسان خالي مانده وعضد الدوله بدآن صوب نهضت نموده از
حدود خراسان راه گردانید واز عقب وشمگیر وابو الحسین
محمد بن ابرهیم سیمجور متوجه شده بدامغان آمد ورکن
الدولة از ري بیرون آمده متوجه خراسانیان شد ودرین اثنا

(o) Excidisse videtur nomen vrbis غزنین.
(p) In Codice: قبرا. (q) In Codice: نمایند.

libus satellitum Gaznam perrexit. Mansur Chorasani prouinciam, quam Alpthegin hactenus tenuerat, Abulhosaino Simdschuro dedit, qui illam sibi vindicauit, et quindecim millia hominum ad Alpthegínum persequendum misit. Hic tamen Gaznam vrbem vi expugnauit, aliumque exercitum, quem iterum Emir aduersus illum misit, proelio deuicit. (41)

Anno CCCLVI. Abuali, filius Eliae, Kermani procurator, prouincia sua expulsus (42), Bocharam venit, et Mansuro persuasit, eum Dailamitarum regno facile opera posse potiri. Idem quum iam Vaschmgir (43) ei retulisset, Mansur Vaschmgiro et Hosno Firuzano literis nunciauit, se constituisse copias Raiam mittere, simulque eos iussit, his copiis necessaria prouidere et paratos esse ad illas comitandas. Abulhosaino item Simdschuro, cui bellum Raiense commisit, iniunxit, vt in omnibus rebus Vaschmgiri consilium sequeretur. Harum copiarum adventum quum accepisset, Rokneddaula omnes opes et familiam Raia Isfahanum misit, filiumque Adadeddaulam et quosdam copiarum duces iussit prouinciam Chorasan inuadere a procuratore Abulhosaino, qui iam Raiam contendat, desertam. Id quum Adadeddaula fecisset, Chorasani finibus deinceps relictis, Vaschmgirum et Abulhosainum Mohammedem Ibrahimi filium Simdschurum insequens, Dameganum peruenit. Rokneddaula item Raia egressus Chorasanicis obuiam venit. At inter ipsos hos apparatus Vaschmgiro mortuo (44) tota res dilapsa est. Ann. Ar. 356 inc. 16 Dec. 966.

وشمكير وفات يافت وابو الحسين سيمجور سعي بسيار نمود تا ميان امير منصور وركن الدوله مهم بر صلح قرار يافت مقرر بر آنكه ركن الدولة هرسال مبلغ صد وپنجاه هزار دينار سرخ بخزانهٔ منصور رساند وجهت تشييد (r) مباني مصالحة دختر عضد الدولة را در حبالهٔ نكاح اورد *

ودر بانزدهم رجب سنه خمس وستين امير منصور سفر آخرت اختيار كرده مدت حكومت او پانزده سال بود ودر حين حيات اورا امير مؤيد ميكفتند وبعد از وفات اروي بامير سديد تعبير ميكردند *

الفصل الثاني عشر

ذكر سلطنت امير نوح بن منصور بن نوح ساماني

ابو القاسم نوح بن منصور بعد از وفات پدر قايم مقام او شد ودر ابتداء دولت او جون البتكين وفات يافت اتباع او بر امارت سبكتكين اتفاق نمودند *

ودر سنه ست وستين وثلثمايهٔ بيستون بن وشمكير در جرجان در كذشته شمس المعالي قابوس بن وشمكير بر جرجان وطبرستان استيلا يافت *

ودر سنه سبع وستين وثلثمايه عضد الدولة بعد از وفات ركن الدولة بدر خود بر تمامت عراقين مستولي كشت ودر سنه تسع وستين قصد برادر خود فخر الدولة كرد وفخر الدولة كريخته بناه بقابوس برد وقابوس در تعظيم

(r) In Codice: تشبيد.

Abulhosain Simdschur enim omnem operam impendit, vt Rokneddaulae et Emiro Mansuro pacem persuaderet; quae his conditionibus est composita, vt Rokneddaula annuum tributum quinquagies mille denariorum aureorum Emiro penderet, Emir autem ad firmandam concordiam Adadeddaulae filiam in matrimonium duceret. (45)

Vndecimo mensis Radscheb (septimi anni Arabici mensis) die anni CCCLXV. Emir Mansur in alteram vitam transiit, post quindecim annorum regnum. Dum viueret, *Emir Movaijad* (princeps victoriis inclytus), post mortem *Emir Sadid* (recta via ad finem propositum tendens) est appellatus. (46) Ann. Ar. 365 incepit 9 Sept. 975.

CAPVT XII.

IMPERIVM EMIRI NUHI II. FILII MANSURI NEPOTIS NUHI I. SAMANIDAE.

Post mortem patris Abulkasem Nuh, Mansuri filius, imperium adiit. Initio eius regni fato functus est Alpthegin, cui Sobokthegin successit a militibus electus.

Anno CCCLXVI. Bisthuno, filio Vaschmgiri, qui patri in Dschordschani imperio successerat, defuncto successit frater Schams el maala Kabus. Ann. Ar. 366. inc 29 Aug. 976.

Anno CCCLXVII. Adhadeddaula post patris Rokneddaulae mortem vtroque Irako (Arabico et Persico) potitus est. Hic deinceps anno CCCLXIX. fratri Fachreddaulae bellum intulit. Fachreddaula ad Kabusum confugit, qui Ann. Ar. 367. inc. 18 Aug. 977. Ann. Ar. 369. incepit 28 Iul. 979

واحترام فخر الدولة مبالغهٔ تمام نمود بلکه اورا در ملک خود شریک وسهیم (s) گردانید *

ودر سنه احدي وسبعين وثلثمايه امير نوح محمد بن ابراهيم بن سيمجورا از امارت خراسان عزل کرده حسام الدولة ابو العباس تاش را بجاي او نصب فرمود *

ودرين سال عضد الدولة برادر خود مؤيد الدولة را بحرب فخر الدولة فرستاد ودر نواحي استراباد قابوس وفخر الدولة با مؤيد الدولة جنگ کردند ومنهزم گشتند وبخراسان بپيش حسام الدولة تاش آمدند وشمهٔ از حال خويش واستيلا اعدا بر ملک موروث قلمي کرده ببخارا نزد امير نوح فرستادند نوح بن منصور جوابي فرمود مشحون بانواع اعزاز واکرام وبحسام الدولة تاش نوشت تا مقدم ايشانرا معزز ومکرم دارد ودر تعظيم واجلال آن دو مهمان عزيز کوشيده ايشانرا (t) بمقر عز وشرف خود رساند وبجواب خصوم ودفع منازعان ايشان قيام نمايد وحسام الدولة مثال را امتثال نموده لشکرهاي متفرق جمع آورد واز نشابور بر صوب جرجان رحلت کرد تا نخست دار الملک قابوس مستخلص گرداند انگاه روي بکار فخر الدولة آرد وچون حسام الدولة وفخر الدولة ديلمي وناپاک که يکي از معتبران نوح بن منصور بود بحدود جرجان رسيدند مؤيد الدولة در شهر مستحصن شد ودر استحکام برج وباره مبالغه تمام بجاي آورد ومدت دو ماه در آن مجالسهٔ مصابرت نموده لشکر ديالمه در آن حادثه پاي ثبات بفشردند وسرپازيها کرده دست بردها نمودند ودر آن مصابرت

(s) سهيم quod e lexicis exulat; a سهم (pars, portio) ductum, *participem alicuius rei* notat.

(t) In Codice: ايشلانرا.

tanto eum honore prosecutus est, vt etiam regni socium ipsum assumeret. (47)

Anno CCCLXXI. Emir Nuh prouinciam Chorasan Mohammedi, filio Ibrahimi, nepoti Simdschuri ademtam Husam addaulae Abulabbaso Thascho tribuit. Ann. Ar. 371. incepit 6 Iul. 981.

Eodem anno Adhadeddaula fratrem Movaijeddaulam aduersus alterum fratrem Fachreddaulam misit, cumque eo Kabus et Fachreddaula in agro Istherabadensi pugnarunt. (48) Victi sunt et ad Husameddaulam Thaschum Chorasani recens constitutum procuratorem fugerunt. Inde literis Bocharam missis Emirum Nuhum certiorem reddiderunt, qua ratione patrium regnum ipsis ereptum in hostium potestatem peruenerit, et ab eo responsum honorificum et benignum tulerunt. Iussus enim ab eo est Husameddaula Thasch, duos illos hospites eximios omnibus honoribus prosequi et in regnum ipsis ademtum restituere. Cui mandato morem gerens procurator copiis collectis Nischapuro in Dschordschanum profectus est, ita rem instituere cupiens, vt Kabuso in sedem regni restituto ad Fachreddaulae deinceps res animum aduerteret. Husameddaula igitur cum Fachreddaula Dailamita et Faieko, vno ex Emiri Nuhi familiaribus quum in Dschordschanum peruenisset, caput huius prouinciae obsedit, cuius turres et muros ad diuturnam oppugnationem tolerandam Movaijeddaula diligenter firmauerat. Praeterea copiae Dschordschanicae infractis semper viribus et animo erant et frequentibus eruptionibus saepe victoriam reportabant;

روي از صدمهٔ شمشير نمي تافتند وبنوک تير وسنان موي میشکافتند وچون مدة مقام لشکر در جرجان امتداد یافتند در شهر قحطي عظيم بديد آمد وکار بجايي رسيد که مردم جرجان تخانهٔ جو باکل خمير کرده میخوردند وابو الفضل منجم با مؤيد الدولة گفته بود که در آن واقعه صبر را شعار خود سازد تا مرپخ بدرجهٔ هبوط رسد پس عزم حزم کند وجد تمام نمايد اگر فتحي ميسر شود فبها والا خود با لشکريان از آن مضيق بفضا افکند وبفضا رضا دهد ومؤيد الدولة ابن را زنهار ميداشت وبا استعداد ادوات حرب اشتغال مينمود تا در رمضان سنه احدي وسبعين وثلثمايه با مجموع سپاه از شهر بيرون آمده خراسانيان بنداشتند که بدستور روزهاي ديگر جولان کرده باز خواهند گشت وبخلاف تصور ايشان بالمه حملتها بيابي آوردند ودر حملهٔ نخست فايق که متهم شده بود که از مؤيد الدولة رشوة گرفته است تا در روز بيکار مساهلة نمايد عنان بر تافت وحسام الدولة قاش - وفخر الدولة ثبات عظيم نمودند تا معظم لشکر متفرق شدند وشب نزديک رسيد ودشمن قوي وجبره گشت بالضرورة لشکر گاه را با خزاين جهان ورغايب بسيار ونفايس بيشمار ومواشي فراوان گذاشته روي بانهزام نهادند وقابوس وفخر الدوله وحسام الدولة تا نشابور در هيچ مقام توقف ننمودند ورسولي ببخارا فرستاده نوح را ازين واقعه صعب اکاهي دادند وامير نوح ايشانرا دل خوشيها ميداد ووعده فرمود که بار ديگر بخزاين موفور ولشکر نا محصور

neque enim a gladiorum ictibus refugiebant et missilium et hastarum mucronibus hostes lacerabant. Sic per duos menses oppugnatione continuata, in vrbe vehemens fames est exorta, quae eo vsque processit, vt homines pane hordeaceo vesci coacti essent, dum exercitus obsidens commeatu abundabat. Hac in miseria Movaijeddaulae commode in mentem venit consilium, quod Abulfadhl astrologus illi dederat; scilicet vt in hac vrbis obsidione Dei sapientiae confisus, donec Martis sidus ad declinationem peruenerit, nihil ageret. Id autem quum factum fuerit, vt omni eum studio atque diligentia ad rem strenue agendam se accingeret. Si prius vrbs capiatur, aequo animo hanc calamitatem tanquam immutabile Dei decretum, esse ferendam; si autem capta non fuerit, tempore a se notato copias suas in planitiem effunderet. Huius igitur consilii memor Movaijededdaula quum copias omnibus ad pugnam necessariis instruxisset, mense Ramadhan (nono anni Arabici mense) vrbe egressus, Chorasanicos opinantes, copias Dailemicas pristino more per planitiem vagaturas et deinceps in vrbem redituras esse, praeter opinionem iteratis concursibus aggressus est. Primo concursu facto Faiek, quem a Movaijededdaula, vt in proelio negligentius rem gereret, pecunia corruptum esse dicunt, tergum vertit. At Husameddaula Thasch et Fachreddaula fortiter pugnarunt, donec maxima copiarum parte dispersa et nocte aduentante hosti victori castra quibuscumque rebus pretiosissimis, immenso commeatu et plurimis iumentis referta relinquere et fugam capessere coacti sunt. Nischapurum quum celeri et trepida fuga peruenissent,

Ann. Ar. 371. incepit 6 Iul. 981.

مدد ومعاونت فرماید وابو الحسین عتبی بموجب اشارت نوح بن منصور مسرعان باطراف وجوانب ممالک محروسه فرستاد که لشکرها در مرو مجتمع کردند تا او بنفس خویش حرکت کند وباصلاح آن وهن وتدارک آن خلل قیام نماید وامیر نوح منصور ابو الحسین وزیر را خلعتی کرانمایه بخشید واورا سالار واهبت سپهداری ولشکر کشی باشعار وزارت جمع کرد *

وچون کار او در علوشان وتغاذ (u) فرمان وکمال اقبال وحصول آمال بغایت رسید روی در تراجع نهاد اذا انتهی الامر الی الکمال عاد الی الزوال وخلع او از ریقهٔ حیات مقارن آن خلعت واقع شد تفصیل این اجمال آنکه ابو الحسین سیمجور عزل خویشرا از امارت خراسان بسعایت (x) او نسبت میکرد وبپوسته بفایق (y) در تقبیح حال او قصول می نوشت تا فایق جمعی از غلامان میدیدرا (z) بر قتل او تحریص کرد وایشان دربن باب اتفاق نموده فرصت نگاه میداشتند وابو الحسین ازین حال آگاه گشته مستشعر شد وکیفیت حال معروض نوح بن منصور گردانید واو جمعی از خواص خدم خودرا بحراست وزیر گماشت وبنداشت که

(u) In Codice: تغاذ.

(x) In Codice: بسعایب.

(y) In Codice scriptura non satis certa est. Videtur tamen extare بمغابق.

(z) Sic in Codice. Quid sibi velit ميديد, ignoro. Forsan مجيد (*occisor*) vel مجدّد (*audax*) reponendum est. DE SACY V. C. in *Ketab Jemini*, quem noster hoc loco exscripsit, *Notices et Extraits* T. IV. p. 342. habet: "il aposta quelques uns *des serviteurs de Mansour*, frère de Nouh, pour l'assassiner." Itaque منصوري legisse videtur. Sed quoniam de medela huic loco afferenda mihi non constabat, immutare aliquid nolui.

inde legato Bocharam misso Nuhum de turpi suorum clade certiorem fecerunt. Nuh eos consolans pecuniam magnam se rursus collecturum et copias ingentes coacturum promisit, cuius promissi perficiendi causa Vezir Abulhosain Othbi ex eius mandato in omnes Imperii a Deo custoditi partes legatos misit, qui copias Mervum conuenire iuberent, vt earum imperio ibi assumto ipse rebus afflictas restauraret et cladem illatam hostibus rependeret. (49) Etenim Emir Nuh Abulhosainum Vezirum vestibus pretiosis, armisque et apparatu bellico imperatorio donatum, praeter Veziri munus copiarum imperio ornauerat.

At quum Veziri fortuna ad summum splendoris gradum peruenisset, vbi omnia, quae vmquam optare potuerat, laeta ac fausta in eum cumulabantur, repente ab eo faciem fortuna auertit, adeo vt de eo possit dici, quod prouerbio Arabico dicitur: "*vbi res aliqua ad summum peruenit, relabitur.*" Ipso enim tempore, quo hos honores accipiebat, ex viuorum numero ereptus est *), quod hac ratione contigit.

Abulhosain Simdschur, quum suspicaretur, Emirum Nuh Veziri calumniis permotum Chorasani prouinciam sibi ademisse, apud Faiekum de hac iniuria conquestus est, illumque permouit, vt seruos ad occidendum Vezirum subornaret. Qui quum mandati perficiendi opportunitatem captarent, Abulhosain quidem de periculo sibi imminente edoctus rem ad Emirum Nuhum detulit, qui

*) Est in persicis παρονομασία vocum arabicarum خلعت et خلع, quae latine exprimi nequit.

تدبير آسمانرا بتدبير انساني دفع ميتوان كرد وبحسب اتفاق وزير شبي بسراي امارت متوجه شد جمعي از آن طايفه بر عقب او روان شدند وآن جهان فضل وافضال را بزخمهاي بيابي از پاي در آوردند وحارسان بگريختند وبي تكلف در هيچ تاريخي چنان وزيري هيچكس نشان ندادة ونخواهد داد وحسام الدولة تاش وفخر الدولة وقابوس در نشابور بانتظار وصول وزير چشم در راه داشتند كه ناكاه اين خبر موحش برسيد وعقد جمعيت ايشان كسيخته شده قوافل غم واندوه بر خواطر استيلا يافت واز حضرة بخارا خسام الدولة را طلب داشتند تا بتلافي آن حادثه وتدارك آن حال قيام نمايد واو از موافقت ومرافقت شمس المعالي قابوس وفخر الدولة باز مانده روي ببخارا نهاد وبعضي از قاتلان ابو الحسين عتبي را بيدا كرده مثله كردانيد ودبكران در اقطار بلاد متفرق كشتند ووزارت بر ابو الحسين مزني مفوض كشت *

ودرين اثنا ابو الحسين سيمجور از سيستان باز كشته بود وبي اجازت حضرت بخراسان آمده ومترصد فتنه وتشويش كشته وطمع بسته كه حادثه جرجان ووهني (a) كه بحال لشكر بخارا راه يافته سبب رواج كار ورونق بازار او باشد ابو الحسين منزه اورا بر آن حركت تعنيف كرده بر سبيل نصيحت وارشاد فرمود كه از عرصهٔ خراسان برخاسته بقهستان كه اقطاع تست بايد رفت وابو الحسين سيمجور ملتمس وزير قبول كرده

(a) In Codice: ودهني.

diuinae prouidentiae decretum humana prudentia posse impediri opinans ex suis seruis aliquos deputauit qui Vezirum custodirent. Sed irritum hoc cecidit. Scilicet, quum aliquando noctu Vezir ad principis palatium se conferret, hominum eorum, qui ad eum necandum subornati erant, aliqui illum insecuti sunt et fugatis custodibus pluribus vulneribus hominem hunc sane egregium confecerunt. Sine adulatione recte contenderis, nullis in annalibus tam egregium Vezirum vmquam commemoratum esse neque vmquam commemoratum iri.

Husameddaula Thasch, Fachreddaula et Kabus Nischapuri Veziri aduentum exspectantes, quum hic tristissimus nuncius ad eos afferretur, vinculo eorum societatis rupto in summam tristitiam inciderunt. Husameddaula mox Bocharam euocatus, vt rebus turbatis ibi succurreret, Schamsalmaalio Kabuso et Fachreddaula relictis, eo se contulit. Ibi quosdam occisorum Abulhosaini Othbii detectos grauissimo supplicio affecit, ceteri per prouincias se dissiparunt. In Veziri munus successit Abulhosain Mezni.

Dum haec gererentur, Abulhosain Simdschur Sisthano iniussu Emiri relicto in Chorasanum profectus est, res huius prouinciae turbaturus. Opinabatur enim, illam propter cladem Dschordschanicam et copiarum Bocharicarum duce destitutarum infirmitatem mercem esse, quae vilissimo pretio emi possit. Quum autem Abulhosain Mezni Vezir constitutus hanc ab officio aberrationem illi exprobrasset et vt Chorasano excederet et in Kahisthanum suam prouinciam rediret, adhortaretur, morem statim

وازبر باد غيس (*b*) وكنج رستاق را در اقطاع او افزوده كفت اكر صدق وعده وطاعت داري وصفاي عقيدت تو در خدمتكاري وثبات قدم در موالات دولت ظاهر شود بانواع اكرامات ومزيد اقطاعات اختصاص يابي *

ودر بعضي از تواريخ مسطورست كه جون حسام الدولة تاش ببخارا رفت ابو علي سيمجور عرصهء خراسان خالي يافت وبا فايق طريق مراسله ومكاتبت بيش كرفت واورا بر مخالفت تاش ترغيب نمود ودر رضا بتقدم او با خود كمر سعي وحقوق قديم كه بر دولت آل سامان ثابت داشت سرزنش كرد وبر مرافقت وموافقت خويش واصلاح ذات بيني دعوت كرد واورا با خود موافق ودرين امر متفق يافت وميان ايشان ميثاق عهود ومواثيق تاكيد بذيرفت وابو علي عمال تاش را كه متصدي اعمال خراسان بودند كرفته مصادرات كرد وهر دو بالاتفاق روي بمرو نهاده با علان كلمه عصيان مبادرت نمودند وجون اين خبر بتاش رسيد لشكرها جمع آورده متوجه خراسان شد وميان ايشان سفيران (*c*) تردد نموده صلح كونه روي نمود مقرر بر آنكه زعامت لشكر ونشابور تاش را باشد وبلخ فايق را وهرات ابو علي را وهريك بولايت خويش رفتند *

ودر وقت مراجعت حسام الدولة از بخارا مثل از وزارت عزل كرده بود ومنصب اورا بيكي از ملازمان خويش كه اورا عبد

(*b*) In Codice: باد هغس. DE SACY V. C. in excerpto ex *Tarikh Jemini*, Notices et Extraits etc. T. IV. p. 342. "Il ajouta *Badghis* et le re... au de son territoire à son apanage." Ceterum vrbem KENDSCH RUSTEH iamiam commemoratam inueni apud EBN HAUKAL ed. Ouseley p. 213 vbi male كنكنج رستاق scriptum est. V. Ind. geogr.

(*c*) In Codice سفيبران. Dubito tamen, an rectam vocem reposuerim.

gessit. Eam ob causam Vezir vrbibus prouinciae, vnde ille reditus et vectigalia accipiebat, Badgisum et Kundschresthakum addidit, adiecto promisso, quodsi in fide, obedientia et amicitia erga principem perstiturus esset, plurimos in illum honores collatum eiusque reditus auctum iri.

Quidam annales referunt, Husameddaula Thascho Bocharam profecto, itaque prouincia Chorasan deserta, Abualium Simdschurum ad Faiekum legatos et literas misisse, quibus ad inimicitiam aduersus Thaschum eum excitaturus, diuturnam ipsorum amicitiam et antiquam eius ingentem Samanidarum fidem atque merita (quorum nulla fere praemia acceperit) in mentem illi reuocauerit, et ad foedus et societatem secum ineundam illum inuitauerit. Eandem ad rem quum etiam Faiek procliuis fuerit, societatem et amicitiam facili negotio inter eos esse confectam. Tum Abualium magistratus a Thascho in Chorasano constitutos in vincula coniecisse et duriter habuisse; deinceps Faiekum et Abualium copiis coniunctis Mervum mouisse, et rebellionem palam fecisse. Hoc audito Thaschum exercitu collecto in Chorasanum rediisse; sed quum proelio fortunam experiri vtrique dubitauerint, pacem esse compositam his conditionibus, vt Thascho copiarum imperium et oppidum Nischapur manerent, Balch Faieko, Herath Abualio concederetur. Vnumquemque igitur suam portionem sibi vindicasse.

Ipso tempore, quo Husameddaula reditum in Chorasan moliebatur, Emir Nuh Mezuium (50) Veziratu remouit et in eius locum vnum ex familiaribus Abdorrahmanum

الرحمن نابي سپنكفتند داد بعد از انكه تلش بخراسان آمد نوح بن منصور رقم عزل بر صفحهٔ حال نابي كشيده آن منصب را بعبيد الله عزيز مفوض داشت وچون عبد الله بر منصب وزارت نشست بنابر عداوتي كه بحسام الدولة تلش داشت اورا از رياست وامارت خراسان عزل كرده ابو الحسين سپهكجوررا به آن منصب مسرور ومفتون گردانيد وحسام الدولة هر چند جد وجهد نمود تا خاطر بادشاه ووزير بدست آورد مفيد نيفتاد وعبيد الله عزيز معروض امير نوح گردانيد كه حدوث (d) وهن دفترت وذبول طراوت دولت مترتب بر ضعف راي وسوء تدبير وزراء سالف بوده وتدارك آن خلل جز بدين تغيير وتبديل متصور نيست ٭

ودرين اثناء فخر الدولة كه بعد از فوت برادران خود عضد الدولة ومؤيد الدولة بر سرير سلطنت نشسته بود چنانچه شمهٔ ازين وتابع در قضاياي دهانمه رقم زدهٔ كلك بيان خواهد شد ان شاء الله تعالي مكتوبي بتلش فرستاد مبني از آنكه ايام محنت وروزگار شدت بپايان رسيد وكارها بر سفن استقامت ووفق مرام منتظم گشت وملك موروث از كدورت ومزاحمت اضداد مستصفي شد وتلش جوابي نوشته فخر الدولة را با عشاق عروس مملكت تهنيت گفت وشمهٔ از مكايد حساد وبي عنايتي بادشاه ضميمه آن سخنان ساخت وفخر الدولة در جواب حسام الدولة فصلي مشبع در قلم آورد وگفت آنچه ايزد عز وجل بفيض لطف خويش

(d) In Codice: حدوث.

Farsesium Vezirum dixit, qui hoc munus tam breui tempore tenuit, vt Husameddaulae, (Iori annum vix ingresso nuncius iam afferretur Abdorrahmani munere exuti *) et Abdallahi Azizi pro eo in Veziratum promoti. Hoc ipsum autem Thascho fatale erat. Scilicet Abdallah Aziz ex infenso, quem in Husameddaulam Thaschum gerebat, animo, illi prouinciam Chorasan ademit eaque Abulhosainum Simdschurum donauit; et quamuis Thasch quaeuis tentaret, quibus principis et Veziri fauorem sibi conciliaret, irriti tamen eius conatus fuere. Etenim Abdallah Aziz Emirum Nuh admonuit, redituum exiguitatem et languorem imperii nonnisi ex priorum Veziorum imbecillitate et praua administratione fluxisse, nec vllum huius mali remedium esse, nisi omnia ab iis facta et instituta rescindantur.

Hoc tempore contigit, vt Fachreddaula post mortem fratrum Adhadeddaulae et Movajeddaulae in Sultanatum restitueretur, quae res, si Deo placuerit, curatius in Dailemidarum historia exponetur. (51) Is epistolam ad Husameddaulam Thaschum misit, qua illi nunciauit, tempus afflictionis et miseriae transiisse et res suas ad optatum statum rediisse; regnumque patrium ab inimicorum oppressione et tyrannide liberatum esse. Thasch eum de amore sponsae imperii conciliato gratulatus est simulque certiorem reddidit, quae mala sibi inimicorum machinationibus principisque ira acciderint. Fachreddaula, sicut

*) In persicis exstat: "(Emir Nuh) scripsit calamo rem tronis a munere in tabula digitatis Fatens," quae dicendi ratio Mirchondo valde placuit; saepe enim occurrit.

ارزاني داشته از ممالک وخزاين وذخاين وغير ذلک حکم
مشارکت دارد وهر آنچه اقتراح افتاد از مال ولشکر وساز
وعدت دريغ نيست وفرمود که مارا مکارم واياديي وعوارف حسام
الدولة تاش که بهنگام اقامت ما در خراسان مبذول داشته
فراموش نيست وبشکرانهٔ آن اگر صامت وناطف خود مصروف
داريم خودرا مقصر شناسيم ورسول تاش را فخر الدولة باحترام
تمام رخصت انصراف ارزاني داشت ودو هزار سوار با حملي
لايق بمدد فرستاد وتاش به ابو الحسين سيمجور توجه
نمود وابو الحسين در نشابور متحصن شده تاش بمحاصرة
او مشغول گشت درين اثناء دو هزار سوار ديگر از ديالمه
بمعاونت تاش رسيدند وچون ابو الحسين ازين قصه آگاه
شد در ظلام ليل راه انهزام پيش گرفت ولشکر تاش
را خبر شده از عقب رفتند واز احمال واثقال خراسانيان
غنيمتي وافر حاصل کردند وتاش در نشابور متمکن
گشته مکاتبات وتضرع نامه بدرگاه ملک نوح ارسال نمود
ودر استصلاح حال وطلب مغفرت وتمهيد معذرة واستغفار
از سوابق عثرات توجهي هرچه تمامتر نموده گفت
نعوذ بالله اگر خود خيانتي کردم طريق عفو جرا بسته
شد ودرين معني بسعايت وبدگويي عبد الله عزيز امير نوح
بسخنان ابو العباس تاش التفات ننمود ودرين اثنا ابو
الحسين سيمجور رسولي بکرمان فرستاده از امير ابو الفوارس
بن عضد الدولة مدد خواست واو دو هزار سوار بمعاونت فرستاد
وقابق نيز با جمعي کثير به ابو الحسين پيوست

virum bonum decebat, rescripsit, omnia a Deo O. M. prouinciarum, bonorumque cuiuscumque generis sibi concessa se libenter cum eo communicaturum esse, nec vllum ei denegaturum, siue pecuniam, siue copias arma ceterosque apparatus bellicos a se expetierit. "Nos enim, ita „scripsit, non obliti sumus, quanta in nos beneficia con„tulerit Husameddaula tum quum in Chorasan essemus; „quorum gratiis referendis si omnia nostra impendissemus, „iusto minus tamen egisse nobis videremur." Hoc cum responso Thaschi legatum summo in honore habitum dimisit. Quae promisit etiam impleuit. Etenim misit Thascho in auxilium bis mille equites cum idoneo apparatu, quibuscum ille aduersus Abulhosainum Simdschurum profectus, Nischapurum, quo Simdschur confugerat, obsidione cinxit. Breui post, quum alii bis mille equites Dailamici Thascho subuenirent, Abulhosain hoc audito noctu vrbe excessit. Qua eius fuga cognita, Thaschi copiae eum insecutae sunt atque ex sarcinis et impedimentis Chorasanicorum magnam praedam fecerunt. Thaschi autem Nischapuro potitus, ad aulam Emiri Nuh literas supplices misit, quibus a principe humillima sane ratione delictorum praeteritorum veniam orans: "Per Deum, „scripsit, etiamsi peccaui, quare mihi condonationis via „occlusa est?" At Nuh calumniis et accusationibus Abdallahi Azizi occupatus nullam harum precum rationem habuit.

Interea Abulhosain Simdschur legato in Kermanum misso ab Abulfawares filio Adhadeddaulae auxilium expetierat atque bis mille equites ab eo impetrauerat. Praeter

وجندان لشکر جمع شد که کوه وهامون بر نتافت
وباتفاق روي بنشابور نهادند وابو العباس تاش از شهر
بیرون آمده در برابر دشمنان صف آراي کشت وبعد از
کوشش بسیار منهزم کشته لشکر دیلم از مصاحبت
او باز ماندند وخراسانیان بیرامون ایشان در آمده قتلي
بافراط کردند وبعضي از دیالمه وارباب خراسان که بخدمت
تاش توسل جسته بودند اسیر کرده ببخارا فرستادند
وایشانرا بر سوایي تمام ومذلتي عظیم بشهر در آوردند
ومخنثان شهر با دف وامثال آن از ملاهي باستقبال شتافته
دوکهاي زنان در دست آنجماعت نهادند وزبان بسخریت
واستهزا کشادند پس همکنانرا در قلعة قهندز (e) محبوس
گردانیدند تا بعضي به اسوء حال بفنا رسیدند وبعضي آزاد
مطلق گشتند ❊

(e) Ita EBN HAUKAL (ed. Ouseley) hanc Bocharae acropolin recte appellat, eiusque nomen *arcem antiquam* significare (p. 236.) tradit. (Scilicet pro کهن دز dicitur.) v. p. 236. 245. 246. 247. 248. 251. 253. In nostro codice exstat قهندز. *Kohendiz* auctore JAKUTI (apud Abulfedam in Büsching. Magazin etc. T. V. p. 337.) est "generale nomen cuiuis arci in medio magnae cuiusque vrbis."

hos quum etiam Faiek ingentibus cum copiis ad Abulhosainum venisset, tantus exercitus conuenit, quem montes et planities non caperent. Iis copiis, quum Nischapurum peruenissent, Abulabbas Thasch vrbe egressus aciem contra instruxit, sed post fortem pugnam in fugam coniectus est. Tum Chorasanici copias Dailamicas, quae solae ceteris fugientibus pugnam sustinebant *) circumventas breui temporis spatio occiderunt. Quot autem Dailamicorum et magnatum Chorasanicorum, qui in Thaschi seruitium transierant, capti sunt, ii Bocharam missi et summa cum ignominia in hanc vrbem inducti sunt. Plebs enim Bocharensis cum tympanis et aliis huius generis instrumentis musicis illis obuiam profecta fusos muliebres manibus eorum indidit, verba contumeliosa in eos iactans. In arce Kohendiz deinceps carcere inclusi sunt, vbi nonnulli prae miseria exspirarunt, alii aliquamdiu post libertate donati sunt. (52)

*) De Sacy V. C. verba ماندند - - - لشکر, quae eadem in Ketab Jemini legisse videtur, interpretatur: "Les soldats du Dilem qui étoient demeurés dans le camp" etc.

الفصل الثالث عشر

ذكر رسيدن ابو العباس حسام الدولة تاش به جرجان ومال حال او

تاش چون از معركه ابو الحسين سيمجور روي كردان شده بجرجان رفت فخر الدولة سراي امارت همچنان آراسته بفرشهاي فاخر وسلاح وآلت وافر واواني زر وسيم وآلات مطبخ وشراب خانه ودبكر اسباب وخزاين بدو باز كذشته متوجه جانب ري شد واز آنجا بنجاه اسب تازي واستر با سر افسار وزينهاي زرين وسلاح وبركستوان (f) وخود وسپرهاي زر نكار وشمشيرهاي هندي واصناف اسلحه محلي بزر وسيم باسم تحفه بپيش او فرستاد وخراج جرجان ودهستان وابسكون به او كذاشت وبر سبيل تواتر جندان تحفه وهدايا ميفرستاد كه صاحب عباد با آن همه علو همت در مقام نصيحت آمده اورا باسراف وتبذير نسبت ميكرد فخر الدولة روزي در جواب صاحب عباد كفت كه حقوق نعمت وسوابق انعام تاش بر من چندانست كه اكر مجموع موروث ومكتسب خويش با اين بيراهن كه بوشيده ام در مصلحتي از مصالح او صرف كنم از قضاياي يك مكرمت از مكارم او نقضي ننموده باشم واز عهده يك عارفه از عوارف او بيرون نيامده واز آنجمله يك آنست كه در آن اوان كه از جور وقصد برادران بپيش حسام الدولة تلش در خراسان اقامت نمودم اخوان مكتوبات نزد او فرستادند وملتزم شدند

(f) بركستوان a Meninsky ex Lexico Persico-Turcico Constantinopoli s. t. فرهنك شعوري *Ferhengi Schouri* impresso, exponitur: *tegumentum ferreum vtraque facie panno coactili vestitum.*

CAPVT XIII.

NARRANTVR, QVAE ABULABBASO HUSAMEDDAULAE THASCHO IN DSCHORDSCHANO, QVO CONFVGERAT ACCIDERINT.

Fachreddaula Thascho, quum ex proelio cum Abulhosaino Simdschur fugiens in Dschordschanum peruenisset, suum palatium cum omnibus, quibus ornatum erat, stragulis pretiosis, supellectile plurima, vasis aureis argenteisque, instrumentis culinariis, cella vinaria ceteroque apparatu concessit, atque Raiam se contulit. Inde illi misit muneris nomine quinquaginta equos arabicos et mulos pleno cum ornatu, phaleris aureis, apparatu bellico armamentisque et cingulis ornatissimis; quin etiam Dschordschani, Dahisthani et Abisguni reditus illi assignavit, neque non deinceps iteratis vicibus tot tantaque munera misit, vt (Vezir) Saheb Abbad principem moneret, ne nimium liberalitati indulgeret et prodigalitatem illi exprobraret. Sed Fachreddaula aliquando ita Sahebo respondit: "Tanta sunt Thaschi in me merita atque bene„ficia, vt si omnia mea, et quae haereditate accepi et „quae acquisiui, cum ipso quo indutus sum indusio, pro „illo expenderem, tamen ne quod pro vno quidem be„neficiorum ab illo in me collatorum illi debeo, exsolue„rem. Horum beneficiorum vnum tantum commemorare „sufficiet. Quum nimirum propter fratrum infensum in „me animum atque inimicitiam in Chorasano apud Hu„sameddaulam essem, fratres literas illi miserunt, quibus „expeterent, vt me sibi traderet. Quod si faceret, polli-

که اکر مرا تسلیم ایشان کند هر ساله مال بسیار
بخزانه امیر نوح رسانند ومثل آن مبلغ بتاش دهند
منضم برغایب بلاد عراق از جامهای فاخر واسبان تازی
ودیکر تبرکات آن دیار ودر تقبل خدمات کار بجایی
رسانیدند که عذررا مجالی نماند وچون مضمون رسالت
ایشان بسمع من رسید روز روشن بچشم من تاریک
شد وامید از حیات منقطع کشت نه طریق برهیز
میسر بود ونه کریز ممکن در اثناء این اندیشه روزی
حاجب تاش بدر وثاق من آمده دستوری خواست وبمجلس
در آمده مرا بمهمانی دعوت کرد ومن متردد شدم که
ضیافتست یا آفتی ومخافتی با خود کفتم که غالبا
تیر خداعت برادران بهدف مراد رسیده در ضمن احضار
من مکیدتی عظیم مندر جست وبا قلق واضطراب تمام
سوار شدم نه بنانرا تمالک عنان ممکن ونه دست را قوت
تماسک تازیانه باقی چون بمجلس او رسیدم تعظیم
نا محدود وتوقیر واحترامی بیش از معهود بجای آورد
وبلطف مجانست وفرط موانست او خوفی که داشتم
زایل کشت انکاه مکتوب برادران بمن داد وکفت
میخواستم که این رقعت نهان دارم تا بخاطر اشرف
ملالی نرسد لیکن برده از روی کار بر انداختن از تهمت
وریبت دورتر دیدم وبسکون دل وفراغ خاطر تو نزدیکتر
شناختم وبعد از آن ایمان مغلظ بر زبان کذرانید
که تای موی تو بلکه تاری از جامهٔ ترا بهمهٔ خراج

„citi sunt, se quotannis Emiro Nuh magnum tributum, „neque non ipsi aequalem pecuniae summam solutu- „ros, insuper magnam eorum, quae bona et iucunda „prouincia Irak producat, et supellectilis et equorum ara- „bicorum, copiam donaturos et tam fideliter in illius ser- „vitio perstituros, vt nullus vmquam excusationi locus „futurus sit. Quibus de literis quum mihi relatum esset, „lux diurna obscura mihi visa est et de vita prorsus de- „speraui. Neque enim fuga saluare me poteram. Hac „in anxietate quodam die vnus ex Thaschi cubicularibus „ad domus meae ianuam venit atque intrandi venia a „me accepta ad prandendum cum domino suo me inui- „tauit. Ego incertus, vtrum ab hospitalitate vel a ma- „lignitate et insidiis haec inuitatio proficisceretur, ita „mecum locutus sum: Iam sagitta fraudis fratrum sco- „pum feriit, atque sub hac inuitatione latet fraus sce- „lesta. Tanto igitur cum angore et metu equo ad Tha- „schum vectus sum, vt neque digitis frenum regendi „neque manui flagellum tenendi vis et potestas esset. At „quum eius cubiculum intrassem, magno cum honore, „quin maiori fere, quam antea solitus erat, me excepit, „adeo vt eius humanitas et comitas omnem ex animo de- „pelleret metum et suspicionem." Tum fratrum literas mihi porrigens: "Constitueram quidem, inquit, hasce „literas occultare, ne animum tuum sollicitarent; iam „autem rem detegere, ad omnem fraudis suspicionem re- „mouendam et animum tuum metu et anxietate liberan- „dum aptissimum mihi visum est." Post haec verba valido iuramento se constrinxit: "Tu mihi es, aiens,

عراق ندهم واکر آنچه در تحت تصرف منست از صامت وناطق ونقير وقطمير در فراغ خاطر کمينه کسي از ممالیک تو بر باد دهم هنوز در اکرام مقدم واعزاز مورد تو بعشر آنچه در ضمير منست از صدق ومحبت وصفاي مودت نرسيده باشم واکر این بيرهن که در بردارم در حفظ معاونت تو عنان همت بکردانم ودر مصلحت دفع (g) حوادث از ساحت مجد وانتقام از منازعان ملک موروث تو خرج کنم حق قدوم تو نکزارده باشم وهر کز در باب معاونت تو عنان همت بکردانم (h) تا حق عز وعلا ترا بمستقر عز وشرف خويش رساند اکنون کسي که در مودت به این مثابت بود که بي واسطه خدمتي وواسطه طمعي این مکرمت بجاي آورده باشد چکونه روا دارم که در مقابلهٔ صنايع وعوارف او تقاعد وتهاون جايز شمرم لا والله بحق کعبه وروان رکن الدولة که بنسبان آن مساعي وکيفران آن ايادي همدلستان نباشم وخودرا بسمت قصور وتقصير منسوب نکردانم علي الخصوص که قدرت مکانات ومکنت مجازات يافته ام وباري تعالي توفيق معونت وکفايت مؤنت او ارزاني داشته *

وتاش جندکاه در جرجان مقيم بود تا در سنه تسع وسبعين وثلثمايه در آن ولايت وباي عظيم روي نمود ومعظم سپاه تاش ووجوه لشکر ومعارف حجاب وکتاب او در غرقاب فنا افتادند وتاش هم در آن چند روز بمرض مهلک کرفتار آمده در آن غربت با دلي پر حسرت روي براه آخرة آورد *

(g) In Codice: مصلحت ودفع sine در, quod addendum putauimus.
(h) In Codice: نکردانم.

„instar crinis meae; ne filum quidem vestis tuae pro „omnibus Iraki vectigalibus tradam. Quodsi enim omnes „quae mihi sunt, facultates pro salute vel vilissimi seruo„rum tuorum impendissem, tamen tuum aduentum non „ita me honorasse opinarer, quam decima pars amoris et „affectionis animi mei erga te flagitat. Atque si ipsum, „quo amictus sum, indusium, pro tua salute, et siue ad „calamitates a te depellendas, siue ad vltionem a regni „tui patrii vsurpatoribus sumendam collocassem, minus „tamen pro hoc tui ad me aduentus honore me fecisse „existimarem. Omnia igitur pro tua salute impendam, „donec Deus O. M. in patrium regnum te restituerit." „Quum igitur hic homo, quem nullo mihi deuinxeram „beneficio, neque a me rogatus, tantum sui in me amoris „et fauoris exhibuerit documentum, quomodo tandem „recte me agere arbitrari possem, si in rependendis ipsi „beneficiis negligens et remissus forem? Quare per Kabam „et Rokneddaulae (patris mei) animam! nunquam horum „beneficiorum memoria animo meo effluet; immo omni„bus viribus annitar, ne minore mensura illa ipsi reddam, „praesertim quum summi numinis gratia facultatem mihi concesserit, ferendi ipsi opem atque auxilium."

Ita in honore habitus Thasch in Dschordschano moram fecit vsque ad annum CCCLXXIX, quo grauis pestilentia post abreptam maximam copiarum, praefectorum militiae, principum aulicorum scribarumque partem, etiam ipsum Thaschum inuasit. Sic ille in hac peregrinatione cum animo multis curis afflicto iter in alterum mundum ingressus est. (53)

Ann. Ar. 379. incepit 10 Apr. 989.

72687

الفصل الرابع عشر

ذکر وفات ابو الحسین سیمجور ورسیدن منصب او به پسرش ابو علی ومخالفت ابو علی باامیر نوح بن منصور وبیان قضایاء بغراخان *

روزی ابو الحسین سیمجور در بعضی از تنزهات خویش رفته کنیزکی از جمله سرای با خود برده بود وخواجه را سبیل عیش شده در کنیزک اویخت ودر اثنا مباشرت وانزال روح از بدنش مفارقت کرده آلت معاشرت از کار افتاد وپسرش ابو علی بطریق ارث واستحقاق متصدی امارت خراسان گشت واز بخارا حکومت نشابوررا با ابو علی رجوع نمودند وامارت هراترا بفایق دادند ومیان ابو علی وفایق نزاع شده بقتال انجامید وفایق از معرکهٔ ابو علی منهزم شده بمروالرود رفت ودر آنجا لشکر خود مستعد وآراسته گردانیده بی آنکه از نوح بن منصور رخصت حاصل کند متوجه بخارا شد وامیر نوح نسبت بفایق بد گمان شده ایناج وبکتوزون را (1) بدفع او نامزد کرد وایشان با فایق محاربه کردند وفایق منهزم ببلخ رفت واز آنجا متوجه ترمد گشت ومکتوبات ببغراخان فرستاده اورا بر مخاصمت امیر نوح تحریص نمود ودرین اثناء ابو علی سیمجور عرضه داشتی ببخارا فرستاده التماس نمود که امارت خراسان بی شریکی مفوض به او باشد ودرین عرضه داشت خدمات آل سیمجور که نسبت بسلاطین سامان صدور یافته بود مندرج گردانید وملتمس او باجابت مقرون

(1) DE SACY V. C. in *Ketab Jemini*, Not. et Extr. T. IV. p. 352. pronunciat: *Ibekh* ایبج et *Bektouroun* بکتوزون. Dow hist. of Hind. T. I. p. 54. appellat *Barrasis*. Etiam in nostro codice aliquoties بکتوزون nisi duo ي puncta in vnum coaluere.

CAPVT XIV.

ABULHOSAINI SIMDSCHURI MORS. IN EIVS LOCVM SVCCEDIT FILIVS ABUALI. BELLVM AB ABUALIO CVM EMIRO NUH FILIO MANSURI GESTVM. RES A BAGRACHANO GESTAE.

Abulhosain quum aliquando in vnum ex suburbanis suis cum concubinarum aliqua se contulerat, ibi inter ipsum cum ea concubitum animam exhalauit, et filius eius Abuali regnum Chorasani et haereditate et meritis debitum accepit. Bocharenses autem rem ita constituerunt, vt Abualio Nischapur quidem maneret, Herath autem Faieko concederetur. At breui post discordia nata bellum inter eos excitauit, et Faiek ab Abualio acie victus Merwarrudum fugit, vnde, copiis paratis et instructis, nulla ab Emiro Nuh venia rogata, Becharam contendit. Quod quum principi suspicionem moueret, Inabechum et Ickthozunum aduersus Faiekum misit, qui eum fugarunt. Balchum igitur indeque Therbedum fugit, vnde Bagrachanum ad bellum contra Emirum Nuh suscipiendum sollicitauit.

Eo tempore Abuali literas supplices Bocharam misit, quibus petebat, vt tota Chorasani prouincia sibi sine socio concederetur, et quo facilius hoc consequeretur, pristina a familia Simdschuri Soltanis Samanidis praestita seruitia commemorabat. Id quum Emir Nuh annuerat, scribae

شده القاب خدمتش منشیان عطارد فطنت بفرمان امیر نوح
امیر الامراء الموید من السما نوشتند چون کار ابو علي در
استیلا واستعلا بغایت رسید دست تصرف در مجموع دیار
خراسان دراز کرده مطالبه آغاز نهاد واموال آن بلادرا بر
اتباع خویش موزع ومنقسم گردانید ونوح بن منصور
ازوي استدعا کرد که بعضي دیار خراسانرا بکماشتکان
دیوان خاص گذارد ابو علي بدان سخن التفات ننمود ودر
جواب فرمود که خلقي کثیر از متجندده درین جانب
مجتمعند واموال این ولایت بعلوفات ومرسومات ایشان وفا
نمیکند اگر طرفي دیگر از ممالک محروسه اضافهٔ اقطاع
این کمینه کنند میشاید وبعد از آن میان طاعت
وعصیان روزي میگذرانید ومخاصمتي در پردهٔ مصادقت میننمود
ومکتوبات وتبرکات (k) بملک ترک بغراخان فرستاده پیغام
داد که اگر خان متوجه ماوراالنهر گردد من نیز ازین
جانب در حرکت آمده بدو بپیوندم مشروط بآنکه بعد از رفع ودفع
امیر نوح مملکت او منقسم بدو قسم شود ماوراالنهر از خان
باشد وخراسان بما تعلق گیرد وبغراخان دندان طمع نیز کرده
بقصد امیر نوح لشکر کشید ونوح اینانج حاجبرا با لشکرها
باستقبال او فرستاد وبغراخان اینانج را اسیر کرده بترکستان
روان کرد وبدین سبب وهني تمام بحال نوح بن منصور راه یافت
وبعد از آن از سر اضطرار نوح ناچغرا طلبیده تربیت کرد
ولشکري به او داده بحکومت سمرقند نامزد فرمود تا آن

(k) In Codice: میلاکات.

(in diplomatibus) eum: *Atharedi ſetnath bifirmâni Emir Nuh Emir el omra Almowaiiad min assamia* [Mercurium sapientiae ex iussu Emiri Nuh *) summum Emirum a coelo confirmatum] appellarunt. Consecutus igitur quae optauerat et omni Chorasano potitus, prouinciam exactionibus vexare coepit, omnesque eius reditus inter suos milites et familiares diuisit, neque mandato Emiri, quo iubebatur nonnullas Chorasani regiones praefectis a Divano suo missis concedere, obtemperauit, sed respondit: "Sunt „in hac regione collecti tot milites, vt huius prouinciae „reditus non sufficiant ad stipendia illis numeranda, quare „potius haud a re alienum foret, aliam regni a Deo custoditi „partem illi addere." Sic inter obedientiam et seditionem res aliquamdiu fluctuabat, et inimicitia amicitiae velo obtecta erat. Interea autem Abuali literis et muneribus Bagrachanum Turcarum regem sollicitabat, vt prouinciam Transoxanam inuaderet, se ipsum ab altera parte eandem prouinciam ingressurum, et cum illo copias coniuncturum esse promittens, ea nimirum conditione, vt Emiro Nuh exturbato imperium ita inter ipsos diuideretur, vt Kano prouincia Transoxana, sibi Chorasan obtingeret. Quod quum etiam Bagrachano arrisisset, ille cum idoneo exercitu finibus suis aduersus Emirum Nuh exiit, et Inabekum cubicularium, quem Emir Nuh ad illum prohibendum cum copiis emiserat, captum in Thurkesthanum misit. Eo rebus valde debilitatis Emir Nuh filius Mansuri quamuis inuitus Faiekum reuocauit, illique copiarum imperium et

*) Singularis sane titulus, cuius similem non reperi. DE SACY V. C. ex *Ketab Jamini* (p. 351) eum non commemorat.

مملکترا از آسیب ترکان صیانت نماید چون فایق بسمرقند
رسید شنید که بغراخان متوجه است با سپاهی که همراه
داشت از شهر بیرون آمد وبیش از تسویهٔ صفوف واستعمال
سیوف روی بر تافته ببخارا رفت وهیچکسرا شبههٔ نماند
که فرار فایق بنابر خبث عقیدت وکفران نعمت بوده نوح از
حدوث آن واقعه هراسان ومضطرب گشته ودل از حکومت
برداشته ومملکت گذاشته در کنجی متواری شد وبغراخان
بعد از ضبط سمرقند ببخارا رفت وفایق به استقبال او
شتافته در زمرهٔ خواص وی منتظم شد وچون بغراخان بر
سریر ملک قرار گرفت فایق رخصت طلبیده که ببلخ رود
ومال آن مملکت از رعایا استخراج نماید وسکه وخطبه بشعار
دعوت خان در اطراف آن ولایت مقرر گرداند وبغراخان دستوری
داده فایق به آن صوب توجه نمود ونوح بن منصور فرصت یافته
از مستقر خویش متنکر وار بیرون آمده واز جیحون عبور
نموده بامل شط نزول فرمود وجمعی از خدم ومماليك او که
آنجا افتاده بودند متحیر وسر گشته مانده چون ایشان از
وصول بادشاه خویش خبر یافته شادمان گشتند بلکه
حیاتی نودرا بدان بزمردهٔ آنجماعت ظاهر شد واز اطراف وجوانب
لشکرهای متفرق در ظل رایت نصرة آیت او مجتمع گشتند
واز بدایت حدوث فتنه وآشوب امیر نوح مکتوبات به
ابو علی سیمجور میفرستاد واورا بنصرت خویش وقضای
حقوق نعمت وقیام بحمایت ببیضهٔ دولت دعوت میکرد
واو در آن باب بقول مکذوب ومواعید عرقوب نوح را مغرور

Samarcandi praefecturam commisit, vt hanc regionem a Thurcis vexatam defenderet. Is autem audito Bagrachanum aduentare, cum copiis sibi commissis vrbe egressus, acie nondum instructa neque gladiis strictis tergum vertit et Bocharam aufugit. Nemini erat dubium, quin turpis haec Faieki fuga a summa perfidia et ingrato erga principem animo profecta esset. Emiro Nuh autem haec clades tantum timorem iniecit, vt deserto regno latibulum quaereret. Post hanc victoriam Bagrachan Samarcando potitus Bocharam perrexit, et Faiek obuiam illi profectus, aulicorum eius turbae se immiscuit. Idem a Bagrachano, quum thronum sibi vindicasset, veniam petiit, Balchum proficiscendi, vectigalia ab huius prouinciae incolis exigendi atque curandi, vt preces publicae ibi pro eo fiant nummique eius nominibus ornentur. Qua impetrata Faiek Balchum profectus est.

Interea Emir Nuh filius Mansuri opportunitate inventa, vestibus quae dignitatem prodere possent abiectis, ex latibulo euasit, atque Oxo transiecto Amal Schattum se contulit, vbi ministrorum et Mamlukorum aliquos, qui dubii quid agendum essent eo se receperant, aduentu suo exhilarauit. Eorum quidem nonaginta vitam ex hac miseria saluauerant, sed mox vndique milites dispersi ad vexillum eius victoriosum rediere. Iam initio calamitatis et miseriae Emir Nuh ad Abualium Simdschurum scripserat, atque ab eo petiuerat, vt gratiam sibi pro pristinis beneficiis rependens, rebus suis afflictis succurreret *).

*) In persicis: "vt perseueraret in defendendo euo dynastiae."

میداشت وچون نوح بآمل شط نزول کرد ایلچي بیش ابو علي فرستاده کفت انتظار از حد کذشت وکار بغایت رسید وقتست که بقضاي حقوق سابقه قیام نمایي ودر معاونت آل سامان بکذشتکان اقتدا کني وابو علي همچنان بر عادت ذمیم وخلق لئیم خویش مستمر بود تا خداي تعالي مهمات ملک نوح بي منت خلق کفایت کرده اورا بمقر شرف خود رسانید وغدر ومکر دشمنان اورا سبب حرمان وخذلان ایشان ساخت وما ذلک علي الله بعزیز ۞

الفصل الخامس عشر

ذکر رفتن بغراخان از بخارا ومعاودت نوح بن منصور بمملکت خویش واتفاق امیر ناصر الدین سبکتکین با او در قلع وقمع ابو علي وفایق وبیان محارباتي که در آن ولا میان ایشان واقع شد ۞

بغراخان از هواي بخارا متاذي شده شآمه طمع در خاندان قدیم شامل حال او کشت وبعلتي صعب کرفتار آمده علاج بیماري خویش جز استنشاق هواي ترکستان ندانست لاجرم از بخارا بیرون آمده متوجه آن صوب شد وبخاریان دست اذناب بلشکر او دراز کرده شرایط غارت وتاراج وقتل بتقدیم رسانیدند وبغراخان در بعضي از منازل نقد حیات بقابض ارواح سپرد وچون این بشارت

At ille Emirum blandis verbis et promissis *) decepit. Quum igitur Amol Schattum se contulisset, Emir Nuh rursus legatum ad Abualium misit hoc cum mandato: „Nullus amplius morae locus, res enim ad extremum per„venit. Tempus est, vt nobis beneficia olim in te collata „rependas, atque in defendenda gente Samanidarum maio„res tuos imiteris." Nihilominus Abuali in hac turpi et inhonesta agendi ratione perstitit, donec Deus O. M. sine vlla ope humana Nuhum in patrium regnum restitueret, et hostium eius fraudes atque machinationes in eorum ipsorum perniciem conuerteret, quam ob rem Deum laudibus meritis celebramus. (54)

CAPVT XV.

BAGRACHAN BOCHARA EXCEDIT. NUH FILIVS MANSURI IN REGNVM REDIT. EMIR NASEREDDIN SOBOKTHEGIN SOCIETATEM CVM EO INIT, AD ABUALIUM ET FAIEKUM DEBELLANDOS ET EXSTIRPANDOS. BELLA ILLO TEMPORE INTER EOS GESTA.

Bagrachan ab aëre Bocharensi male affectus in pristinam sedem redeundi consilium cepit. Scilicet, quum graui morbo inuaderetur, cuius nullam aliam nouerat medelam nisi aërem Thurkesthani ducere, Bochara relicta statim eo contendit, sed in ipso itinere morte praeuentus est. Illo vrbe egresso Bocharenses omnia violentiae genera in eius milites cumularunt, eos occidendo et spoliando. Nuh

*) In persicis: "*promissis Orkubi*" RICHARDSON *pers. engl. Dict.* s. h. v. *Urkub* a man celebrated for breach of promise, hence the adage *Mouaid Urkub* the promises of Urkub, never meant to be performed. V. GOLII *Lex. arab.* s. h. v.

بسمع نوح رسید بر جناح استعجال روی ببخارا نهاد و بخاریان با جمعهم باستقبال او شتافته از ملاقات خدمتش جنان خرم کشتند که روزه دار بروبهٔ هلال وتشنه لب بشراب زلال وبار دیگر سمرقند وبخارا ومنسوبات آن در تحت تصرف کماشتکان ملک نوح قرار گرفت وامر ونهي او بر قاعدهٔ معهود بدآن ممالک شرف نفاذ یافت چون ابو علي دید که سفینهٔ نوح بر جودي فراغت قرار گرفت شعلهٔ رای او در ظلمت آن نازله فرومرد وروضهٔ عیش او از صرصر آن حادثه بزمرده گشت وبا خواص در آن باب مشورت نموده چاره آن از عقلاء استفسار کرد همکنان گفتند که طینت آل سامان بزلال لطف وکرم سرشته وعفو واغماض آن طایفه از زلات وعثرات خدمتکاران رسمیست قدیم وعادتي معهودست واز ین غرقاب جز بکشتي عنایت امیر نوح بساحل نجات نتوان رسید واین سیلاب محنت جز بیمن دعوت او در مناقیر (1) ارض نفوذ نیابد طریق آنست که در استرضای خاطر شریفش بهر نوع که میسر گردد سعي نموده آید وابو علي را این سخنان مواقیف مزاج افتاده تهیهٔ هدایا وتحف اشتغال نمود وبپیشکشهاي لایق فراهم آورده خواست که بدست سفیر جرب زبان بخدمت امیر رضي نوح بن منصور سامانی فرستد تا بسحر بیان عقدهٔ وحشت از ضمیر منیر او بکشاید اما در آخر اندیشهٔ دیگر کرده با خود گفت جایي که من همه تخم جفا کشته باشم

(1) In Codice: مناقد.

autem, laeto mortis Bagrachani nuncio accepto, Bocharam festinauit, omnisque Bocharae populus obuiam ei egressus eius aduentu exhilaratus est pariter ac ieiunans aduentu nouilunii et sitiens potu aquae purae. Sic rursus Samarkand et Bochara regionesque ad hos vrbes pertinentes in Nuhi potestatem peruenere. Ita autem quum Nuhum in imperium restitutum videret *), Abualio lux prudentiae in tenebris huius calamitatis exstincta atque hortus vitae halitu huius casus afflictus est. Quare cum amicis deliberationem instituit huiusque rei remedium ex prudentibus quaesiuit. Omnes in eo consenserunt: quum nota sit gentis Samanidarum antiquâ et innata quasi benignitas atque erga peccata et delicta ministrorum indulgentiâ, itemque nulla alia salutis via ipsi pateat, nisi confugere ad hanc principis indulgentiam, curandum illi esse, vt quauis ratione principis gratiam sibi conciliet **). Quod consilium quum Abualio placuisset, munera pretiosa comparauit, quae per legatum eloquentem et facundum ad Emirum Radhi (benignum) Nuh mitteret, vt ille facundiae illecebris omnem ex animo eius indignationem expelleret. Sed ad extremum mente mutata ita ratiocinatus est: "In „loco vbi segetem destruxi, quomodo possum exspectare

*) In persicis: "Quum videret, arcam Nuhi (Noachi) in monte Dschudi (ita vocant Orientales montem Armeniae, in quo Noachi arcam post diluvium dilapsum consedisse dicunt) liberationis consedisse."

**) In persicis: "Omnes dixerunt, naturam gentis Samanidarum in aqua benignitatis et liberalitatis depstam, illique peccata et delicta ministris condonare et remittere antiquum et vsitatum morem esse; neque ex hoc vortice nisi nauigio indulgentiae Emiri Nuh euadi, neque hanc inundationem calamitatis, nisi eo implorato, fistulis terrae absorberi posse."

خصمی را چگونه بپیمایم ودر موضعی که نهال خلاف نشانده
باشم ثمرهٔ موافقت بر چه وجه توقع نمایم ودر فرستادن
ایلچی واموال والتماس اعتذار واستغفار متردد شد وهیچ التفاتی
فایق بد او ننموده چندان وسوسه کرد که ابو علی در مخالفت
ولی نعمت یکجهت گشت بیان این سخن آنست که چون
احوال امیر نوح بعد از فوت بغراخان انتظام یافت فایق پریشان
روزگار ومشوش خاطر گشته تدبیری جز آن ندانست که قبل
از آنکه قوت وشوکت ملک نوح سمت ازدیاد پذیرد اورا از میان
برگیرد لاجرم لشکری ترتیب داده از سر تهور متوجه بخارا
شد وامیر نوح جمعی از دلیران سپاه باستقبال او فرستاد
وهردو گروه بیکدیگر رسیده بعد از تسویهٔ صفوف مقاتله
صعب روی نمود وخلقی کثیر در معرکه هلاک افتاد آخر الامر
فایق جان از معرکه بیرون برد وچون ملجا ومهربی جهتش
نداشت التجا بابو علی کرده خیانت آثار نهاد وابو علی بمقدم
او شادمان شده حضور اورا سبب استغنا از استرضای امیر
نوح پنداشت وآن تحف وهدایا که جهت امیر نوح ترتیب
کرده بود بفایق داد ومیان ایشان مبانی معاهدت ومحالفت
استحکام یافت وامیر نوح چون از اتفاق ابو علی وفایق آگاه شد
همگی همت را بران گماشت که [illegible] عاصی را بجست کدام
رابطی در زیر بار اطاعت آرد وآن در تهتنگ حال (m) را بقوت کدام
سپاه بدام انتقام کشد وبعد از تقدیم مشورت قرعهٔ اختیار
بر امیر ناصر الدین سبکتگین افتاد که بود وصورت واقعه

(m) In Codice: حال.

„messem laetam, et in solo, vbi surculum seditionis plan-
„taui, quomodo mihi potest excrescere arbor concor-
„diae?" Eo dubius redditus est, an munera et legatum ad principem mitteret, peccatorumque veniam ab eo rogaret. His curis anxium quum Faiek superueniret, is facile illi persuasit, vt secum societatem rebellionis contra principem clementem iniret, quae res iam accuratius exponenda est. Scilicet quum post Bagrachani mortem res Emiri Nuh ad laetiorem statum rediissent, Faiek eandem ob caussam anxius et sollicitus aliud inuenire non potuit consilium, nisi vt principem, priusquam eius vis et potentia magis aucta esset, e medio tolleret. Quare exercitu statim instructo Sirtheluro Bocharam contendit. Emir Nuh autem fortissimorum militum exercitum obuiam illi misit, qui Faiekum acie vicit, multis vtrimque caesis. Faiek igitur pulsus, quum aliud refugium non haberet, ad Abualium confugit, vbi vafritiam suam exercere coepit. Illius aduentu Abuali mirum in modum laetus, vires suas eo ita auctas existimabat, vt principis clementiam implorare opus non haberet, donaque et munera, quae Emiro Nuh destinauerat, Faieko dedit. Sic inter eos amicitiae et societatis fundamentum firmissimum exstructum est. Ea autem de re quum Emir Nuh certior factus esset, omnem cogitationem in illud intendit, cuiusnam domitoris ope duos hos equuleos refractarios sub iugum obedientiae mitteret, cuiusque venatoris vi has duas belluas immanes laqueo vindictae irretiret. Post deliberationem sedulo institutam sors electionis in Emirum Nasereddinum Sobokthegimum, vir-

وبقوت وشوكت مذكور وموصوف بود ودر آن اوقات كه در
خراسان وما وراء النهر اين قضايا دست داد امير سبكتكين
بغزوات هند اشتغال نموده غنيمتي فراوان حاصل كرده بود
وچون خاطر امير نوح بر استعانت سبكتكين قرار كرفت ابو
نصر فارسي را بر سالت نزد او فرستاد وشمه از قبايح افعال
وفضايح اعمال ابو علي وفايق انها كرده استمداد نمود امير
سبكتكين از بيسماني آل سامان غيرت آورده بر فور طبل رحيل
كوفته بجانب ماوراء النهر نهضت فرمود وامير نوح تا ولايت
كش (n) باستقبال او آمد وبپيش از ملاقات امير سبكتكين
از كلفت نزول ومباشرت زمين بوس بحكم ضعف شيخوخة
ومراعات كبر سن استعفا نمود وملك نوح عذر اورا در آن
باب مقبول داشته اما چون چشم ناصر الدين سبكتكين
بر طلعت نوح افتاد هيبت بادشاهي زمام اختيار از دست
او بستد لاجرم فرود آمده ركاب ملك نوح ببوسيد ونوح
باعزاز وبشاشتي تمام اورا در بر كشيد واز ملاقات آن دو
سعادتمند روي بدلها رسيد وكل مسرت در رياض خواطر خاص
وعام بشكفت وبجمعي دست داد كه مثل آن در هيچ تاريخ
مذكور ومسطور نيست وبعد از ترتيب اسباب ضيافت
وطوي در باب منتظم امور ملك ودفع منازعان انواع سخنان
كفتند ومقرر بر آن شد كه امير سبكتكين بغزنين معاودت
نموده باستعداد سپاه وترتيب لشكر قيام نمايد وامير نوح

(n) In Codice: كس. *Ketab Jemini* l. c. p. 355. "Nouh alla au-devant de lui jusqu'à *Kesch*." Dow hist. of Hindost. T. I. p. 45. habet "to the country of Sirchush."

tute et fortitudine inclytum, potentiaque et robore clarum, cecidit.

Emir Sobokthegin eo tempore, quo haec in Chorasan et Transoxana gerebantur, bello Indico (55) occupatus erat, quo magnam praedam faciebat. Emir Nuh igitur quum decreuisset, Sobogtheginum in auxilium aduocare, Abunasrum Farasium ad illum misit cum epistola, qua ea, quae in se mala Abuali et Faiek perpetrauerint, narrauit eiusque opem implorauit. Sobogthegin, qui et in his Samanidarum miseriis *) ab animi generositate non aberrabat, sine mora iter in Transoxanam ingressus est, illique Emir Nuh vsque ad Keschi agrum obuiam processit. Eo quum peruenisset, Sobokthegin, priusquam conueniret cum principe, ab eo expetiit, vt propter senectutis debilitatem descensionem ab equo et terrae osculationem sibi remitteret. Quod licet facile a Nuho impetrauisset, tamen, oculis in Nuhum incidentibus, tanta illius mentem cepit huius viri veneratio, vt continere se nequiret, quin ab equo descenderet stapiasque eius oscularetur; sed Nuh summa cum humanitate et comitate surgere eum iussit. Augustorum horum principum conuentus omnium animos exhilarauit inque hortis omnium animorum et nobilium et plebeiorum rosa tantae laetitiae effloruit, quanta quod huius historiae auctor asseuerat, nullis in annalibus commemoratur. Post epulum magnificum principes deliberatione instituta de eo conuenerunt, vt Emir Sobokthegin Gaznam rediret ad copias parandas et instruendas. Tum

*) Est in persicis سامانیان vocis persicae *Disamani* et nominis *Samani*.

دست بصلات ومبرات بر كشاد وبخلعتهاي فاخر وتشريفات
بادشاهانه واصناف الطاف امير سبكتكين واتباع اورا بنواخت
وسبكتكين بغزنين مراجعت كرده امير نوح بجانب بخارا شتافت
وچون ابو علي بدين قضيه مطلع شد دود حيرت بكاخ دماغ او
متصاعد كشت وبا خواص خويش وارباب تجربه مشورت فرمود كه
اكر حادثه روي نمايد وچشم زخمي رسد بكدام ولايت روند وبپناه
بكدام صاحب حشمت برند ايشان باتفاق كفتند كه با فخر الدولة
طريق محبة ومودت مسلوك بايد داشت وموالات اورا عروهٔ وثقي بايد
شناخت ابو علي ابو جعفر بن ذو القرنيني را (o) بسفارت جرجان
نامزد فرمود وانر نفايس خراسان ورعايت تركستان بقدر ميسور
جهت فخر الدولة ووزير او صاحب عباد ارسال نمود تا ميان ايشان اساس
مخالصت وموافقت مشيد كشت وابواب مكاتبات ومراسلات مفتوح آمد
ودرين اثنا ماهجرهٔ رايت امير ناصر الدين سبكتكين از افق
ديار بلخ طالع كشت وامير نوح از بخارا در حركت آمده شار
حاكم غرجستان وابو الحارث فريغوني والي جوزجان (p) به او
پيوستند وامير ناصر الدين با قرب دويست زنجير فيل اراسته
ولشكري از عار جبن وبددلي پيراسته بامير نوح ملحق شد

(o) Dow hist. of Hind. T. I. p. 46. "Jaffier zul Karmin."

(p) In Codice: جورجان DE SACY V. C. ita scribit *Ketab Jamini*, Notic. et Extraits T. IV. p. 356. "(Nouh) fut joint *dans le Djouzdjan* par Aboulhareth Fariguni," ibique haec annotat: "Il y a encore ici Djordjan dans le manuscr. 61: c'est une faute. Le Djordjan appartenoit à Fakhreddoula; le Djouzdjan étoit l'apanage de la maison de Férigoun." Cf. quae idem vir doctissimus l. c. p. 353. not. *o*. monet. ABULFED. Tabb. geogr. in Büschingii Magaz. T. V. p. 337. Infra iterum *Dschurdschan* in nostro codice occurrit. Etiam apud ABULFEDAM *Ann. mosl.* T. I. p. 249. T. II. p. 120. legitur جورجان. Quodcunque rectum sit, bene distinguenda est haec regio a Dschordschân (جرجان sine و). V. Indic. geograph.

Emir Nuh manum ad liberalitatem et munificentiam aperuit et Sobokthegínum eiusque comites vestibus splendidis, muneribus pretiosis, qualia tantum principem decebant, aliisque beneficiis multis ornauit. Deinceps Sobokthegin Gaznam, Emir Nuh Bocharam rediere.

Has autem res quum Abuali accepisset, ita stupefactus est *), vt cum amicis et magnatibus suis consilium iniret, quonam confugiendum sit et apud quemnam ex amicis salutem inuenire possit, si quando haec calamitatis vis ingrueret. Omnibus in eo consentientibus, Fachreddaulae amicitiam esse ambiendam, eamque omnibus aliis praestare, Abuali Abudschafarum filium Dsulkarnaini tanquam legatum in Dschordschanum misit, qui Fachreddaulae eiusque Veziro Saheb Abbad (vulgo appellato) munera ex pretiosissimis Chorasani et Thurkesthani rebus bona cum fortuna perferret, quibus eorum fauorem et amorem sibi conciliaret epistolarumque et legatorum commercium aperiret. Interea Emir Nasereddin Sobokthegin Balchum peruenerat **); Emir Nuh Bochara egressus Scharum Gordschesthani regem (56) et Abulharetsum Farigunicum Dschuzdschani praesidem sibi adiunxerat. Emir Nasereddin autem adducebat ad illum ducentas prope elephantum armatorum catenas †) et copias pusillanimitatis et

*) In persicis: "fumus stuporis super fastigio cerebri eius continuo ascendere coepit."

**) In persicis: "Orbiculus vexilli Emiri Naseraddini Sobokthegini ex horizonte agri Balchici apparuerat."

†) DE SACY V. C. Notices et Extr. T. V. p. 333. coniicit, catena elephantum intelligi *elephantum par.*

وجون ابو علي وتايق از توجه ايشان خبر يافتند با لشكرهاي
خراسان ودو هزار ديلم كه فخر الدولة بمدد ايشان فرستاده
بود باتفاق داراء بن شمس المعالي قابوس بن وشمكير كه از
جرجان بمعاونت ايشان آمده بود آماده حرب گشته از هرات
بيرون آمدند وامير ناصر الدين صحراي عريض فسيح اختيار
كرده ميمنه وميسره بياراست وخود بامير نوح وسيف الدولة
محمود غازي در قلب بايستاد وابو علي نيبر در ترتيب لشكر
غاية جد مبذول داشته تايق را بميمنه فرستاد وميسره را
ببرادر خويش ابي القاسم سيمجور سپرد وجون هر دو فريق
بهم رسيدند ميمنه وميسره تايق بر ايشان (q) انشار وجو انشار
ملك نوح غالب وتايق آمده ايشانرا از جاي برداشتند ونزديك
بود كه كار از دست برود وخللي فاحش راه يابد كه داراء بن
قابوس از قلب ابو علي حمله آورد وجون بميان هردو صف
رسيد سپر در پشت كشيد وبخدمت ملك نوح رفته روي
بمقاتله سپاه خراسان نهاد امراء عاصي وجمهور سپاه
انديشيدند كه غدر دارا بي موافقت جمعي نتواند بود وبدين
سبب دلشكسته شدند وامير سبكتكين جون آثار ضعف
وانكسار بر وجنات احوال مخالفان مشاهده نمود با جمعي سواران
بر خاشجوي حمله كرد واصحاب ابو علي از نهيب اين واقعه
سراسيمه گشته روي بگريز نهادند وسلطان محمود
گريختگانرا تعاقب نموده جمعي را قتيل وفوجي را دستگير

(q) In Codice: بر بر. Non tamen ex salebris huius loci prorsus me expedire possum.

ignauiae expertes. Hos imperatores quum aduentare accepissent Abuali et Faiek, cum copiis Chorasanicis et duobus millibus Dailamitarum, quos Fachreddaula illis in auxilium submiserat, itemque Dara filius Schamselmaalae Kabusi nepos Vaschmgiri, qui ex Dschordschano illis opem laturus aduenerat, ad bellum instructi, Heratha exierunt. Tum Emir Nasereddin campo amplo et spatioso electo alam dextram et laeuam disposuit, ipseque cum Emiro Nuh et Saifeddaula Mahmudo Gazio in media acie constitit. Ab altera parte Abuali pariter maxima cum cura aciem instruens Faieko dextram alam, fratri suo Abulcasemo Simdschuro laeuam commisit. Concursu facto laeua et dextra ala oppositas sibi hostium acies atque ipsas etiam Emiri Nuhi copias superauerunt et loco pepulerunt. Iam ad summum discrimen res erat redacta nec procul aberat, vt summa confusio oriretur, quum Dara filius Kabusi ex media Abualii acie prorumperet, et quum in medium spatii, quo vterque exercitus disiungebatur, peruenisset, clypeo in tergum reiecto *), ad Regem Nuh transiret, armaque in Chorasanicos conuerteret. Tum Emiri rebelles (Abuali et Faiek) omnesque eorum milites, reputantes, hanc Darai perfidiam sine consensu aliorum fieri non potuisse, animum omnino desponderunt. Quo animaduerso Emir Sobokthegin cum manu equitum audacissimorum impetum fecit, militesque Abualii eo in maximum stuporem coniecti fugerunt; quos Sultan Mahmud persequens multos trucidauit, alios cepit. Tantam

*) Dow hist. of Hindost. T. I. p. 47. addit: "which was a signal of friendship."

گردانید بخالفان از گرایم اموال وسایر واسلحه چندان گذاشتند که اگر عشر آن وفایه عوض خویش میساختند از آسیب دوران سالم میماندند ابو علي وفایق گریخته بنشابور رفتند وملک نوح وامیر سبکتکین وبسرش محمود جهت استراحة وتقسیم غنایم دو سه روزي در هرات توقف نمودند وامیر نوح سبکتکین را بلقب ناصر الدین بلند آوازه ساخت ووارث ملک او محمود را بلقب سیف الدولة مشرف گردانید وامارت جیوش که منصب ابو علي بود بسیف الدولة تفویض نمود وخود کامیاب وکامران بجانب بخارا نهضت فرمود وامیر ناصر الدین وسیف الدولة محمود با کوکبهٔ عظیم بر سمت نشابور روان شدند وابو علي چون آوازهٔ توجه ایشان شنید بجرجان رفته بناه بفخر الدولة برد وصاحب عباد در باب رعایت ابو علي سخنان گفته فخر الدولة مبلغ هزار هزار درم بابو علي انعام فرمود تا در مصالح خویش مصروف دارد وابو علي وفایق آن زمستان در جرجان اقامت نمودند وفخر الدولة را بزیادتي ملتمسات تصدیع میدادند واو در انجاح مقاصد ایشان اهمال وتغافل ورزیده ابو علي وفایق از فخر الدولة آزرده خاطر گشتند وبا خواص خویش در باب مصلحت روزگار مشورت کردند بعضي گفتند که صلاح در آنست که در جرجان شعار دولت امیر نوح اظهار کنیم ومنابر ودنانیررا باسم ولقب او مزین ومحلي گردانیم وبدین وسیلت بخدمت وي تقرب جوییم فایق ازین معني سرباز زده گفت سبکتکین بغزنین رفته ومحمود در آن ولایت تنها مانده واو طاقت مقاومت ما ندارد اکنون مناسب

autem mundi pretiosi, supellectilis et armorum copiam hostes amiserunt, vt si decimam tantum eius partem seruare potuissent, per totam vitam penuria ipsis metuenda non fuisset. Abuali et Faiek Nischapurum fugerunt; Emir Nuh autem, Sobokthegin eiusque filius Mahmud et quietis capiendae et praedae diuidendae causa duos tresue dies Herathae morati sunt, vbi Sobokthegino splendidum titulum: *Nasereddin* (defensoris fidei), regnique eius haeredi Mahmudo titulum: *Saifeddaula* (gladii regni) copiarumque imperium, quod hactenus Abuali tenuerat, Emir Nuh tribuit. Post has res gestas princeps rerum suarum prospero successu laetus Bocharam rediit, Emir Nasereddin autem et Saifeddaula magno cum exercitu iter Nischapurum ingressi sunt. Abuali eorum aduentu audito in Dschordschanum ad Fachreddaulam fugit, qui precibus Veziri sui Sahebi Abbad, quem Abuali donis sibi conciliauerat, victus, millies mille denarios illi donauit, quos in vsus suos conuerteret. Sequentem igitur hiemem Abuali et Faiek in Dschordschano transegerunt. Sed quum Fachreddaula erga alias multas rogationes, quibus eum fatigabant, non ita facilem se praebebat, Abuali et Faiek eo indignati cum amicis deliberationem instituerunt quid optimum factu sit. Nonnulli suadebant, egregia opportunitate oblata in principis gratiam redeundi, prouinciam Dschordschan Emiri Nuh nomine occupare eiusque nominibus et titulis nummos templorumque suggestus ornare. Haec autem sententia Faieko non placuit, qui ita disseruit: "Quum Sobokthegino Gaznam reuerso, Mah-„mud qui solus Nischapuri remanserit, resistere nequeat,

چنان مینماید که بنشابور رویم ومحمود را از آن ولایت
بیرون کرده ساکن ومطمئن بنشینیم واگر عیاذا بالله
چشم زخمی رسد باز بجرجان معاودت نمائیم وبتعجیل
ازین دیار بیرون باید رفت که هوای جرجان عفن است
مبادا که بما واتباع آن رسد که بحسام الدولة تلش
ولشکر او رسید عامهٔ سپاه بتنابر محبت وطن ومیل
باهل ومسکن این رای مستحسن داشتند وابو علي شاه
ام ابي با ایشان همداستان شده باتفاق عازم نشابور
گشتند وسیف الدولة محمود از توجه مخالفان خبر
یافته قاصدي بغزنین روانه ساخت وکیفیت واقعه معروض
بدر گردانید وخود ظاهر نشابوررا معسکر ساخت مترصد مدد
مي بود وپیش از وصول لشکر غزنین در سنه خمس
وثمانین وثلثمایة ابو علي وناپك لشکر بجانب سیف الدولة
محمود کشیده بر سر او ریختند وبعد از قتال وجدال
سلطان محمود منهزم شد واحمال واثقال او بدست ابو علي
وناپك افتاد وایشان نشابور را در حوزهٔ تصرف آوردند جمعي
ازمردم بعید الفکر دور اندیش با ابو علي گفتند که بر
سبیل استعجال از عقب محمود باید شتافت پیش از
آنکه بدر به بسر ببیوندد واز بخارا مدد به ایشان رسد
خاطر از مهمات ملکي فارغ باید ساخت از بخت بد وضعف
طالع ابو علي کلمات مشفقانرا بسمع رضا اصغا ننمود
ودر آن امر تغافل وتساهل ورزیده عریضهٔ داشتي ببخارا
ومکتوبي به امیر ناصر الدین فرستاد واز در عذر خواهي

„nobis potius Nischapurum proficiscendum est, vt illum „inde expellamus, atque tranquille et quiete ibi impere„mus. Haec enim expeditio si, quod Deus auertat, in„faustum habitura sit successum, in Dschordschanum re„fugium nobis patebit. Praeterea hac prouincia etiam „propter aeris eius insalubritatem quam citissime exce„dendum est, ne idem nobis comitibusque contingat, quod „olim Husameddaulae Thascho eiusque copiis accidit." Haec sententia, quae tantam aliorum curam et sollicitudinem pro salute populi et pauperum prodebat, toti exercitui ita placuit, vt Abuali, siue vellet, siue nollet, illi accedere coactus esset.

Quum igitur Nischapurum mouerent, Saifeddaula Mahmud de eorum aduentu certior factus, Gaznam ad patrem legatum misit, qui rem ipsi exponeret atque auxilium ab eo peteret. Ipse interim castris extra Nischapurum positis auxiliorum aduentum exspectabat. Sed antequam illa aduenerant, anno CCCLXXXV. Abuali et Faiek cum copiis suis superuenientes eum ex improuiso inuaserunt, post pugnam atrocem in fugam coniecerunt, omniaque eius impedimenta rapuerunt. Ita quum Nischapuro potiti essent, quidam homines sagaces futurorumque praevidentes, Abualio suaserunt, vt prouinciae constitutione dilata, sine mora Mahmudum persequeretur, priusquam pater ad filium perueniret, iisque auxilia Bochara submitterentur. At ille quasi fato actus mentisque imbecillitate ductus prudenti hoc consilio spreto literas supplices et humiles et Bocharam ad Emirum Nuh et ad Emi- Ann. Ar. 385. incepit 4 Febr. 995.

در آمده حواله آن جرات وجسارت وحرکات نا لایق بغایق کرد وامیر نوح وناصر الدین التفات بسخنان ذمّوه او نکردند وجواب مکتوبات او ننوشتند وابو علي در نشابور مقیم بود تا آنزمان که آوازهٔ حرکات امیر ناصر الدین بسمع او رسید بیان این سخن آنست که بعد از هزیمت سیف الدولة امیر ناصر الدین نوشتها باطراف ارسال نمود تا لشکرها در موضع معین مجتمع گردند وابو نصر بن ابي زیدرا بطلب خلف بن احمد بسیستان فرستاد وابو الحارث فریغوني را از جوزجان (r) بخواند ودر اندک زماني خلایق جنداني جمع آمدند که محاسب وهم از تعداد آن عاجز گشت وبعد از اجتماع سپاه امیر ناصر الدین بر سمت نشابور روان شد وابو علي بجانب طوس در حرکت آمد وبعضي از حدود آن ولایت را لشکرگاه ساخت وامیر ناصر الدین بعد از قطع منازل ومراحل بنواحي طوس رسیده قریب بمعسکر ابو علي فرود آمد (s) وآن شب هر دو لشکر پاس داشتند وچون دست هوا تیغ صبح از نیام افق بیرون کشیده مردان هردو لشکر وکزدان هردو کشور دست به نیزه وشمشیر بردند ودر اثنا آنکه شعلهٔ حرب افروخته گشت از پس پشت میسره سپاه ابو علي کردي عظیم برخاست وچون گرد شکافته شد سیف الدولة محمود با جمعي کثیر از مردان صف شکن ظاهر گشت وابو علي در میان هر دو لشکر سراسیمه ومتحیر بماند وچاره جز ان ندانست که هردو

(r) In Codice: جوزجانان. Vid. supra p. 116.

(s) In Codice: آمدند.

rum Nascreddinum misit, quibus se ipsum a delictis commissis purgabat omnemque culpam in Laidum transferebat. At Emir Nuh et Nascreddin nulla harum epistolarum ratione habita ne responso quidem illum dignati sunt. Abuali autem Nischapuri commoratus est vsque ad illud tempus, quo nunciatum est, Emirum Nascreddinum aduentare, quod iam accuratius exponendum est.

Scilicet post Saifeddaulae fugam Emir Nascreddin literas per ditionem suam misit, quibus copias suas in constitutum locum conuenire iubebat, itemque Abunasrum filium Abusaidi in Sisthanum legauit, vt Chalafum filium Ahmedi aduocaret; etiam Abulharetsum Farigunicum ex Dschuzdschano ad se venire iussit. Eo breui temporis spatio innumerabilibus copiis collectis quum Emir Nascreddin Nischapurum contenderet, Abuali Tusum secessit inque huius prouinciae finibus castra posuit. Eo etiam Emir Nascreddin magnis itineribus contendit atque prope Abualii castra sua castra metatus est. Insequenti nocte in vtrisque castris excubiae maxima cum cura actae; altero autem mane simulac dies illuxerat *), vtriusque exercitus milites, et vtriusque prouinciae viri fortes hastas et enses sumserunt. Flagrante iam pugnae flamma in alae laeuae exercitus Abualii tergo ingens pulvis elatus est, quo disrupto Saifeddaula cum numeroso agmine pugnatorum ordines perrumpere assuetorum apparuit. Hoc Abualium ita duabus aciebus hostilibus clausum magnopere confudit nec aliam reperire potuit salutis viam nisi vt vtraque

*) In persicis: "simulac manus aoris telum aurorae ex vagina coeli extraxerat."

جناح را با قلب منضم ساخت وباتفاق بر قلب ناصر الدين
زدند تا مگر جان از ان مهلكه بيرون برند وناصر الدين با
حزمي متين وقدمي راسخ آن حمله را رد كرد وسيف الدولة
محمود رسيده تيغ در مخالفان نهاد وچندان مرد بر زمين
افكند كه بشت كاو از بار ايشان خم ومركز زمين از خون
ايشان نم گرفت خلقي نا محدود در زير پاي فيلان بست شدند
واز معارف ملازمان ابو علي بغراء حاجب وسبكتكين قرغاي
وارسلان بيك وابو علي بن نوشتكين واشكرستان بن ابي جعفر
ديلمي اسير گشتند وابو علي وناپك از آن معركه جان بيرون
برده بقلعهٔ كلات رفتند وآن قلعه است با توسن فلك
همعنان واز حوادث زمان در امان واسرك طوسي چند روز بضيافت
ايشان قيام نمود تا كيفيت حال لشكر وحيات وممات وهلاك
ونجات هريك بسمع امراء عاصي رسيد دوشزدهٔ كه از آن مهلكه
خلاص يافته بودند بديشان بيوستند انگاه ابو علي وناپك تا
ابيورد (t) رفته از آنجا متوجه سرخس شدند واز سرخس عازم
مرو گشتند وبرواياتي امير ناصر الدين وبقولي سيف الدولة محمود
جهت حسم مادهٔ فتنهٔ ايشان روي بمرو نهادند وابو علي وناپك
بآمل شط رسيده باز دبكر در مقام اعتذار واستغفار آمدند وابو
علي ابو الحسين كثير وناپك عبد الرحمن فقيه را بسفارت ملك
نوح نامزد كردند وايشان هردو ببخارا رفته در استعطاف
استرضاي نوح بن منصور غايت جد وجهد مبذول داشتند

(t) Ibn Haukal (ed. Ouseley) p. 228. effert hoc nomen باورد *Bauard.* d'Herbelot s. v. *Baurd: Bourd, Biaurd* (بياورد) et *Abiaurd.*
* Infra ابيورد in nostro codice scribitur.

ala cum media acie iuncta toto cum exercitu in mediam Nasereddini aciem impetum faceret. At Nasereddin inconcussa strenuitate et firmo pede eius impetum repulit. Mox Saifeddaula accurrens gladio in hostes saeuiebat ac tantum eorum numerum sternebat, vt tauri (qui tellurem baiulat) tergum eorum pondere incuruaretur, eorumque sanguine terrae superficies humectaretur. Immensus hostium numerus elephantum pedibus contritus est. Ex principibus Abualii copiarum ducibus Bogra Cubicularius, Sobokthegin Ferganensis, Arslan Bek, Abuali filius Nuschthegini et Laschkaresthan filius Abudschafari Dailamita capti sunt. Abuali et Faiek ex hac clade euasere et Kelathum arcem firmissimam *) perfugere, vbi ab Asreko Tusensi hospitio excepti, moram fecere donec de exercitus statu, qui viui manserint, quinc occisi sint, quique perierint quinc euaserint certiores facti sunt. Deinceps quum infirma illa turba quae hanc cladem effugerat, ad eos peruenisset, Abuali et Faiek Baiwardum se contulerunt indeque Serchasum perrexerunt, tandem Meruam concesserunt. Appropinquantibus autem Emiro Nasereddino et Saifeddaula Mahmudo, qui illos persequebantur, vt illis deletis omnem malorum stirpem resecarent, Amol Schattum fugerunt. Inde gratiam Emiri Nuhi sibi conciliare rursus tentantes, Abuali Abulhosainum, Faiek Abdorrahmanum Fakihum legatos ad illum misere. Vterque legatus omne studium Bocharae intendit in placando principis erga dominum animo (sed impari cum successu).

*) In persicis hoc ita enunciatur: "haec arx aequalem cursum tenet cum equo indomito mundi et a calamitatibus seculi tuta est."

وفرستاده نايق را گرفته در محبسي بار داشتند وعذر ابو علي مسموع افتاده حکم ملک نوح نفاذ يافت که حالا ابو علي بجرجانيه رود تا اندیشهٔ تشريف وحکم اقطاع او بامضا رسد ومکتوبي بوالي جرجانيه مامون بن محمد فرستاد مضمون آنکه مقدم ابو علي را مکرم دارد وما يحتاج او مرتب گرداند تا آنچه مقتضاي راي ما باشد در باب او تقديم افتد چون ابو الحسين کثير مراجعت نمود نايق با ابو علي گفت که غرض توجه تو بجرجانيه مفارقت ومباعدت ماست از يکديگر اکنون بصواب آن اقربست که در مرافقت هم بپيش ايلک خان رويم وخودرا ازين غرقاب فنا بساحل نجات اندازيم ابو علي شنيد (u) ونايق را وداع کرده بطرف جرجانيه نهضت کرد ونايق از آب عبور کرده در سلک خواص ايلک خان منتظم شد ابو علي چون بهزار اسب رسيد ابو عبد الله خوارزمشاه نزلي نزد او فرستاد واز تخلف استقبال عذر خواست وگفت فردا بخدمت رسم وچون شب شد بنابر کينه ديرينه که از ابو علي در سينه داشت جمعي را بفرستاد تا اورا با خواص گرفته بخوارزم بردند وخوارزمشاه فرمود تا ابو علي را بند کرده در قصري از قصرها بار داشتند وچون صورت واقعهٔ ابو علي بسمع والي جرجانيه مامون بن محمد رسيد عرق عصبيت او در حرکت آمد وقلق اضطراب عظيم نمود وحشم خودرا جمع کرده فرمود که ايلنکو (x) غلام ابو علي که بقاياي خدم او ربقهٔ اطاعت وي در رقبه داشتند بسر خوارزم شاه ريزند

(u) Forsan legendum est: نشنيد.

(x) DE SACY V. C. in *Ketab Jemini* l. c. p. 362. pronunciat: *Ilmenku* ايلمنکو.

Faieki nimirum legatus captus et in vincula traditus, Abualii contra excusatio tam benigne accepta est, vt Nuh diploma illi mitteret, quo Dschordschaniam statim se conferre ibique exspectare iubebatur, quidnam princeps de se decerneret; simulque Dschordschaniae praesidi Mamuno filio Mohammedi literis mandaret, vt Abualium honorifice reciperet atque omnia quibus opus haberet, illi suppeditaret, donec id, quod ipse de illo constituerit, perficiatur.

Abulhosaino Katsiro reuerso Faiek cum Abualio ita locutus est: "Quodsi tu Dschordschaniam proficisceris, „necesse est, vt nos separemus. Quare mihi potius vi„detur, vt nos vna ad Ilek Kanum conferamus atque „apud illum securitatem quaeramus." Abuali haec quidem audiuit, sed tamen Faieko valedicto Dschordschaniam abiit. Faiek igitur solus Oxo transito aulicis Ilek Kani se adiunxit. Abuali autem quum (Dschordschaniam contendens) Hezaraspum peruenisset, Abuabdallah Charizmschah victum illi misit, se excusauit, quod nondum ad illum venisset, crastinoque die se venturum esse pollicitus est. Noctu autem ex vetusto, quod animo reconditum gerebat, in Abualium odio, homines misit, qui illum cum comitibus caperent et in Charizmiam perducerent. Quo facto Charizmschah Abualium in arce quadam carcere includi iussit. Id quum Dschordschaniae praesidi, Mamuno filio Mohammedi nunciatum esset, vehementi ille commotus ira, copias suas collegit et Ilenkuo mancipio Abualii, cui superstites ex eius mancipiis tanquam suo principi parebant, contra Charizmschahum ducendas com-

وایشان بموجب فرموده عملنموده چون طوق بپرامن شهر
کات (y) که نشیمن او بود در آمدند وبعضی از اتباع خوارزمشاه
کشته وبرخی را مستغرق گردانیده خدمتش را بدست آوردند وبند
از پای ابو علی برداشته برکتب خوارزمشاه نهادند امیر اسپهر
واسپهر امیر کشت ابو علی را با کرام واحترام تمام وخوارزمشاه
را در لباس تکال واذلال بجرجانیه رسانیدند ومامون در تعظیم
واجلال ابو علی مبالغه تمام نموده بترتیب تنزل وبپیشکش
وعلوفها وبپیشکشهای مناسب تقرب جست وسبب عداوت
ابو عبد الله خوارزمشاه با ابو علی آن بود که در آن اوان که
نوح بن منصور بواسطه تسلط وتغلب بغراخان از آب عبور نموده
بود خوارزمشاه ومامون بن محمد نسبت با او خدمات پسندیده
بجای آورده بودند وچون ملک نوح بمستقر شرف خویش رسید
بمکافات آن مکرمات ابیوردرا (z) بابو عبد الله خوارزمشاه ونسارا
بمامون داد وچون عاملان هردو پادشاه به آن ولایت رفتند ابو
علی نسارا بمامون مسلم داشت ودر جواب فرستادکان خوارزمشاه
گفت که ابیورد اقطاع برادر منست تا از دیوان اعلی عوض تعیین
نشود دخل خوارزمشاه درین ولایت محال باشد وایشان مایوس
باز گشته این خبر ناخوش بخوارزمشاه رسانیدند فی الجمله
بعد از وصول ابو علی بجرجانیه مامون بن محمد طوسی مرتب ساخت
که در آن عهد ودیگر عهود معهود نبود ودر آن ضیافت شراب

(y) Abulfeda (Chowaresm. descr. ed. Gravius p. 9 et 11) scribit كاث. Hinc emendandus est Ibn Haukal ed. Ouseley p. 241 etc. vbi scribitur كاب. Vid. Ind. geogr.

(z) Noster codex parum accurate hoc loco: اليبورد, sed infra recte ابيورد exhibet.

misit. Hae copiae mandato Mamuni morem gerentes vrbem Kath, quae sedes Charizmschahi erat, obsidione cinxerunt atque copiis Charizmicis vel caesis vel dispersis ipsum Charizmschahum ceperunt. Quo facto Abualium compedibus liberarunt iisque Charizmschahi pedes constrinxerunt. Ita mutata conditione princeps captiuus et captiuus princeps factus est. Abualium maximis cum honoribus, Charizmschahum vestibus vilibus et ignominiosis indutum Dschordschaniam perduxerunt, vbi Mamun Abualium quacumque ratione honorabat omnisque generis dona plurima et pretiosissima in eum cumulabat.

Causa autem inimicitiae Abuabdallahi Charizmschahi erga Abualium haec erat. Quum Charizmschah et Mamun filius Mohammedi Emiro Nuh filio Mansuri eo tempore, quo a Bograchano expulsus trans fluuium (Oxum) delitebat, egregiam opem tulerant, quam vt illis rependeret post regnum restitutum Abuabdallaho Charizmschaho Abivardum, Mamuno Nesam donauit. Has ad regiones occupandas quum vterque princeps suorum aliquos misisset, Abuali Mamuno quidem Nesam cessit, Charizmschahi autem legatis respondit: Abivardum ad fratrem suum pertinere, neque Charizmschaho cedi posse nisi illi a Diuano illustri alia prouincia assignaretur. Itaque legati infecta re reuersi sunt, Charizmschaho tristem hunc nuncium referentes.

Abuali quum Dschordschaniam peruenerat, Mamun filius Mohammedi Tusensis inauditae magnificentiae epulum paranit, vbi etiam vinum est appositum, quod

حاضر گردند وابو علي هرچند از منهيات تايب ومتيب بود اما بتابر مبالغهٔ مامون بن محمد بر شرب خمر اقدام نمود

بيت

اساس تو به كه در محكمي جو سنگ نمود *
ببين كه جام زجاجي چگونه اش بشكست *

وچون هر كدام قدحي در كشيدند وسورت شراب اثر كرد خوارزمشاهرا حاضر ساختند وچندانكه با او سخن گفتند ودر ملامتش مبالغه نمودند جواب نداد وسر از خجالت بر نداشت ودر اخرهاي مستي سر اورا بيك ضرب تيغ در ميان مجلس افكندند وخوارزم مامون را مستصفي ومستخلص شد ومامون تحف بسيار ببخارا فرستاده شفاعت كرد كه رقم عفو بر جرايم ابو علي كشند نوح بن منصور گفت ما نخست از سر گناه ابو علي گذشته ايم اتكاه اورا بدانجانب فرستاده ودرين اثنا نوح بن منصور ابو علي را طلب داشت وآن ساده لوح غافل از آنكه سر توشت او جبست باي در راه نهاد وچون نزديك بدار الملك نوح رسيد عبد الله عزيز وخواص ومقربان به استقبال شتافتند وابو علي بامرا واعيان بجايهٔ سرير اعلي رفته در موقف خجالت ومعرض كفران نعمت سر در پيش انداخت ايلنكو ودبكر قواد لشكر برادران ووجوه اصحاب اورا فرود آورده بمجلس بار (a) آوردند ملك فرمان داد تا همكنانرا گرفته بندهاي گران نهادند ودست سلب وغارت باموال وجهات ايشان دراز كردند ودرين اوقات امير ناصر الدين

(a) In Codice: بملجس بار.

Abuali, licet inuitus religionis praeceptum, quo fidelibus illud interdictum est, violaret, Mamuni instantia victus, bibit. (Minime Mamun illud reputabat, quod disticho sic exprimi potest)

Praestat, vt fundamentum tuum instar lapidis sit firmum
Cogita, poculum vitreum sicut panis facile frangi posse.

Quum inebriati essent, Charizmschahum adduci insserunt, qui capite prae pudore demisso illorum sermonibus verbisque contumeliosis quae in eum iactabant, nihil respondebat. Ira igitur ebrietate exacerbata, vno gladii ictu caput illius amputatum medium in cubiculum protrusere. Prouinciam Charizm Mamun sibi vindicauit.

Deinceps multis donis Bocharam missis Mamun apud Emirum Nuh pro Abualio intercessit, vt plenam illi delictorum veniam largiretur. Nuh quidem respondit, se ea iam olim illi condonasse eiusque rei documentum esse, quod Dschordschaniam illum miserit; sed breui post Abualium Bocharam venire iussit. Simplex homo, nihil mali ex hoc mandato suspicatus, iter Bocharam ingressus est, et (quo magis fraus lateret) Abdallah Aziz (Nuhi Vezir) et praecipui Emiri familiares illi vrbem regiam appropinquanti obuiam venerunt. Sed quum Abuali cum Emiris suis ad gradus throni peruenisset, demisso propter pudorem et delictorum in principem commissorum memoriam capite Ilenku et ceteri copiarum duces, illius fratres et praecipui comites in cubiculum ducti sunt, vbi omnes prehendi et vinculis grauibus vinciri Emir Nuh iussit. Tum eorum opes et bona diripiendi licentiam dedit. Emir Nasered-

سبکتکین در مرو بود وچون خبر خرفتاری ابو علی شنید ببلخ رفته اورا طلب داشت ونوح بن منصور فرمود تا ابو علی را بپیش سبکتکین بردند وامیر ناصر الدین اورا محبوس میداشت تا وفات یافت *

وچون نایب بپیش ایلک خان رسید اورا بران داشت که لشکر بماورا النهر کشد وایلک خان بتحریص نایب عزیمت آن صوب مصمم گردانید وامیر نوح از استماع این خبر بغایت بریشان ومضطرب گشت وچاره جز ان ندانست که بار دیگر از امیر ناصر الدین استمداد نماید لاجرم ابلچی فرستاده بامیر ناصر الدین بپیغام داد که ایلک خان بسر حد ماورا النهر آمده عمال ولایات محروسه را بمطالبات رنجه میدارد ملتمس آنکه بکبار دیگر بچشم فرمایی وشر این خان خاین را از ساحت مملکت ما باز داری وصنیعهٔ که در نظم حال وملک ما تقدیم داشتهٔ باتمام رسانی وناصر الدین باقطار واطراف ممالک خراسان وغزنین وزابلستان باستدعای لشکرها امثله روان کرد وبنفس خویش نهضت نموده درمیان کش ونسف نزول فرمود ودر آنجا جندان توقف نمود که سیف الدولة محمود از نشابور در حرکت آمده بدو بپیوست لشکرهای اناث وامصار به او ملحق شدند وملک نوح جمیع (b) امرا واعیان خاصه را بمعاونت امیر ناصر الدین نامزد فرمود ومیان ایلک خان وناصر الدین رسل متردد شده در باب مصالحة سخنان گفتند وچون سبکتکین ملک نوح استدعا نموده که بنفس خویش در آن معرکه حاضر شود عبد الله عزیز وزیر بنابر غرض فاسد

(b) Codex: وجمیع.

din Sobokthegin autem qui tunc Mervae erat, quum accepisset, Abualium vinctum esse, Balcham profectus a Nuho petiit, vt illum sibi traderet. Quod quum princeps annuisset, Abuali apud Soboktheginam vsque ad mortem vinculis detentus est.

Sed iam commemorandum nobis est, quem Frieki rei exitum habuerint. Scilicet quum, de quo supra retulimus, ad Ilek Chanum se contulerat, huic persuasit, vt cum exercitu Transoxanam inuaderet. Cuius rei nuncio accepto Emir Nuh in maximam incidit sollicitudinem, nec aliam inuenire poterat medelam nisi vt rursus ab Emiro Nasereddino auxilium rogaret. Legato igitur ad Nasereddinum misso illi significauit, Ilek Chanum Transoxanae fines ingressum, hanc pronunciam exactionibus exagitare, quare se ab eo petere, vt rursus huius rei cura suscepta perniciem quam princeps ille perfidus suo imperio minaretur propulsaret atque ita meritis de regno suo colophonem adderet. Tum Nasereddin epistolis per Chorasanum, prouinciam Gaznensem, Zavilistanum dimissis copias conuocauit, cum quibus vbe Gazna egressus inter Kaschum et Nesefum castra posuit, ibi auxiliorum, quae filius Saifeddaula Mahmud Nischapuro adducebat, adventum exspectans. Sic vndique copiae conueniebant; atque etiam Emir Nuh omnes Emiros et magnates suos ad Nasereddinum misit, vt illi assisterent. Sed mox inter Nasereddinum Sobokthegininum et Ilek Chanum legati de pace commeare coeperunt, quumque Emir Nuh a Sobokthegino rogatus, vt ipse huic bello interesse dignaretur, prauum Veziri Abdallahi Azizi, qui huic rogationi annuere

خویش اورا از رفتن مانع آمد خاطر امیر سبکتکین فی الجمله ازین جهة رنجیده بود خدمتش بصلح رضا داد ودر جنگ تهاون نمود وبشفاعت ایلک خان مقرر برآن شد که ایالت سمرقند تعلق بغایت داشته باشد ودرین باب صلح نامه نوشته آنرا بشهادة ایمة ومشایخ ماوراالنهر موشح ومزین گردانیدند *

بعد از اتمام مصالح امیر نوح بفراغ بال زندگانی میکرد تا در رجب سنه سبع وثمانین وثلاثمایه بعارضهٔ دو سه روزه متوجه وادی خاموشان شد

شعر

عاقبت منزل ما وادی خاموشانست *

الفصل السادس عشر

ذکر سلطنت منصور بن نوح بن منصور بن نوح سامانی *

چون امیر رضی الدین نوح وفات یافت امرا واعیان بسرش ابو الحارث منصور را بر تخت سلطنت نشاندند واو مالی که در خزاین جمع بود بر متجندهٔ تفرقه کرده بکتوزون را بزعامت وامارت لشکر تعیین نمود وخبر موت ملک نوح بایلک خان رسیده عزیمت سمرقند کرد وتایق به استقبال بیرون آمد وایلک تایق را ببخارا فرستاد وچون بدآن حدود رسید منصور متحیر شده بخارارا گذاشته بتعجیل از آب اموبه عبور نمود وتایق بشبهر در آمده اظهار کرد بنصرت ومساعدت منصور امد تا رعایت حقوق اسلاف او بجای آورده باشد اکابر ومشایخ بخارا

vetabat, consilium sequeretur, Sobokthegin indignatus bello pacem praetulit, et Ilek Kano intercedente concessit, vt Faieko Samarcandi prouincia maneret. Huius pacis literae conscriptae coram sacerdotibus et senioribus prouinciae Transoxanae signis et nominum subscriptione confirmatae sunt. (57)

Post haec Emir Nuh quietam et tranquillam vitam egit, donec mense Radscheb (septimo anni Arabici mense) anni CCCLXXXVII. post duorum triumue dierum morbum in silentium vallem transmigraret. "Hoc enim „(terrestre) domicilium, sicut versu dicitur, silentium „vallis excipit." Ann. Ar. 387. ineunte 15 Iun. 997.

CAPVT XVI.

IMPERIVM MANSURI II, FILII NUHI II, NEPOTIS MANSURI I, PRONEPOTIS NUHI I, SÁMANIDAE.

Post mortem Emiri Radhi eddini Nuhi, Emiri et magnates eius filium Abulharetsum Mansurum in thronum sustulerunt, qui omni quae in thesauris erat pecunia statim inter milites diuisa, Jekthuzuno copiarum imperium commisit. Ilek Kan de morte Emiri Nuhi certior factus, Samarcandum profectus, Faiekum qui ex vrbe obviam ei processit, Bocharam misit. Quo appropinquante Mansur timore correptus Bochara relicta festinanter Amuiam fluuium traiecit, sed Faieko asseuerante, se in auxilium et pro commodo Mansuri venisse, vt scilicet reverentiam maioribus suis solitam illi praestaret, purpurati et seniores Bocharenses legatos ad Mansurum mise-

کسان بپیش منصور فرستاده اورا از جانب نایب بعهود ومواثیق ایمن گردانیدند ومنصور ببخارا مراجعت نموده نایب مهمات اورا بر خود گرفته بکتوزونرا بامارت خراسان فرستادند *

وقر خلال این احوال امیر سبکتکین وفات یافته بود ومیان پسرانش سیف الدوله محمود واسماعیل منازعت قایم شده چون خاطر محمود از جانب اسماعیل فارغ گشته چنانچه کیفیت این حال در ضمن قضایای غزنویه رقم زدهٔ کلک بیان خواهد شد ان شاء الله تعالی بخراسان آمد ورسولی بجانب بخارا فرستاده اظهار خاطر ماندگی کرد که منصب او به بکتوزون مفوض شده بود والتماس نمود که آن منصب را بدستور سابق وقرار معهود به او مسلم دارند وامیر ابو الحارث منصور بن نوح در جواب سیف الدولة فرمود که ما امارت بلخ وترمذ وهرات به او مسلم میداریم اما بکتوزون بنده دولتست ومتوسل بحقوق قدیم وبی حدوث سببی بعزل او مثال دادن از مراسم سرداری وحق گزاری دور مینماید وچون این خبر مسموع محمود گشت با خود اندیشید که بیشک وریب حساد واضداد منصوررا بران داشته اند که دست رد بر سینهٔ ملتمس من نهاد بعد از تعمل ابو الحسین حمولی را با تحف وتبرکات لا تعد ولا تحصی ببخارا فرستاده بمنصور پیغام داد که توقع چنانست که سر جشمهٔ موالات ومصافات را نجس وخاشاك بی التفاتی تیره ومکدر نگردد وامداد عنایات از رسم مالوف نقصان نپذیرد وحقوق مرا وبدر مرا که بر ذمة

runt, qui illi indicarent, Faiekum animo minime hostili, immo vero amico Bocharam venisse. Eo permotus Mansur Bocharam rediit, et Faiek regni curam suscepit. Vterque communi consensu Jekthuzuno prouinciam Chorasan concessit.

Illo ipso tempore contigit Emiri Sobokthegini mors et illa inter filios eius Saifeddaulam Mahmudum et Ismaelem de successione contentio, quam Deo volente in Gaznevidarum historia narrabimus. (58) Fratre tandem superato Mahmud in Chorasan venit, atque legatum Bocharam misit, per quem indicabat, quam aegre ferret suam prouinciam Jekthuzuno esse traditam et simul flagitabat, vt illa sibi integra qualem olim tenuerit, restitueretur. Illi Emir Abulharets Mansur filius Nuhi his verbis respondit: "Nos Balchi, Thermendi et Herathae quidem praefectu„ram Mahmudo reddimus, sed Jekthuzunum imperii nostri „ministrum et antiquis meritis clarum iis, quae dedimus, „sine iusta causa priuare, minime deceret principem atque „ab aequitatis via foret remotissimum." Quo responso accepto Mahmud intellexit, Mansurum haud dubie ab adversariis et inimicis suis permotum esse ad hanc rogationem negandam *), et post rem sedulo deliberatam Abulhosainum Hamulium innumerabilibus cum donis Bocharam misit, qui Mansuro suo nomine diceret: "Mahmu„dum minime exspectasse, adeo amicitiam principis sibi „detractum iri, vt ille praeter morem quae rogauerit, sibi „negaret, et calumniis maleuolorum permotus et patris

*) In persicis: "vt manu recusationis pectus rogationis suae tunderet."

آل سامان ثابتست بکلمات بدگویان ضایع نباید کرد تا نظام الفت کسسته نکردد واساس متابعة ومطاوعت انهدام نیابد وچون حمولي ببخارا رسید اورا بمنصب وزارت نویید دادند واو بدان منصب مغرور ومسرور کشت وانر سفاري که یقول او منتظم (c) ومربوط بود غافل وذاهل ماند چون امیر سیف الدولة محمود رکاکت عقل وفترت راي وتناقص اهوا وسوء تدبیر قوم مشاهده کرد دانست که ملک سامانیان بر شرف زوال است ودولت ایشان در مدد اضمحلال واین جماعت که کفلان دولت اند ومدبران حضرة نظر بر صلاح حال خویش دارند نه بر انتظام احوال ولي نعمت لاجرم روي بنشابور آورد تا منصب قدیم بدست آورد وبکتوزون بر عزم قصد او واقف شده انر رهکذار بلا برخاست ونشابورا کذاشته بطرفي بیرون رفت وعرضه داشتي ببخارا فرستاده صورت حال بانر نمود وامیر ابو الحارث منصور انر سر سکرت وجواني وغفلت کودکي وعدم تجربة طایفهٔ فراهم آورده روي بخراسان نهاد تا دست سیف الدولة انر تصرف آن ولایت کوتاه کرداند وبسبیل تعجیل روان شده تا بسرخس در هیچ مکان توقف ننمود هر چند سیف الدولة محمود میدانست که مخالفان تاب مقاومت او ندارند ولیکن انر کفران نعمت اندیشیده رعایت جانب امیر ابو الحارث کرده بنشابور بانر کذاشت وبمرو الرود که بمرغاب اشتهار یافته رفت تا سبب سرزنش وبدنامي نکردد وبوقتي دیکر انر سر حجتي قاطع وعذري روشن در مقابل ایشان آید وطعن حساد وملامت اضداد بدان راه نیابد واقاصي (d) واداني اورا معذور دارند *

(c) In Codice: منقط litera ق vel ف punctis destituta.

(d) In Codice: واقاحتي.

„et suorum de gente Samanidarum meritorum immemor „fieret; fieri aliter non posse, quin eo series mutuae ami„citiae rumpatur et fundamentum obsequii atque obedien„tiae destruatur." Hamuli autem quum Bocharam venisset, tanquam donum quod legatis dari solet, ipsam Veziratus dignitatem accepit, quod tanta arrogantia et tumore eum impleuit, vt quod ipsi mandatum erat, exsequi negligeret. Hunc omnis prudentiae et consilii defectum Emir Mahmud quum animaduerteret, intellexit, Samanidarum imperium ac potestatem iam ad finem vergere nec procul ab interitu abesse, regnique procuratores suo magis quam principis commodo prospicere. Tum vt quae olim sibi data erant, sibi vindicaret, Nischapurum contendit, quam Jekthuzun de eius aduentu certior factus, nihil de vi opponenda cogitans statim reliquit. Is deinceps literis supplicibus Bocharam missis miserum rerum suarum statum principi Abulharetso Mansurō indicauit, qui puerili temeritate atque imprudentia abreptus copiis statim collectis ad depellendum Saifeddaulam tanta cum festinatione in Chorasanum profectus est, vt nullibi vsque ad Serchasum moram faceret. Saifeddaula autem licet haud ignarus, aduersariis suis vires deesse ad pugnam secum sustinendam, tamen ne in laesae principis maiestatis crimen incurreret, Nischapurum rediit, indeque Meruarrudum, quae vrbs plerumque Morgab appellatur, vt nomini et famae consuleret, et si quando necessitate et manifesta aduersariorum iniuria coactus armis ius suum quaereret, inuidorum et inimicorum calumniae nihil in se valerent, sed omnes se excusatum haberent.

الفصل السابع عشر

ذكر غدر فايق وبكتوزون نسبت بمنصور بن نوح وجلوس عبد الملك بن نوح بجاي برادر خويش *

بكتوزون چون بخدمت امير ابو الحارث منصور بن نوح رسيد آنچه منصور او بود از عواطف وعوارف بادشاهانه بظهور (e) نه پيوست ازين جهت رنجيده شكايت پيش فايق برد وفايق با ضعاف آن از شرارت طبع وخشونت خلق او حكايت كرد وهردو در معايب منصور فصول پرداختند وجمعي را بخلع وعزل او دعوت كرده همه را موافق يافتند وبكتوزون دعوتي ترتيب كرده بهانه مهمي كه بخصور منصور احتياج بود اورا بخانهٔ برد (f) وآن شاهزادهٔ بيهمال را گرفته ميل در چشم جهان بينش كشيدند وبرادرش عبد الملك را كه در سن طفوليت بود بر تخت نشاندند مدت سلطنت منصور يكسال وهفت ماه بود خاص وعام ووضيع وشريف زبان تسويخ دراز كردند وبرين حركت وجسارت انكار بليغ نمودند *

در اثناء اين اوقات خبر رسيد كه امير سيف الدولة محمود به بل راغول (g) نزول فرمود فايق وبكتوزون بغايت متوهم شده بجانب مرو رفتند وسيف الدولة رسولي فرستاده ايشانرا بر اضاعت حق ولي نعمت وانزالت حشمت وهتك حرمت ملامت بي اندازه كرد فايق وبكتوزون

(e) In Codice: بظور. (f) Forsan خود est interponendum.

(g) DE SACY V. C. in *Katab Jemini* l. c. p. 371. pronunciat: *Zagoul* زاغول.

CAPVT XVII.

FRAVS FAIEKI ET JEKTHUZUNI ERGA MANSURUM FILIVM NUHI. ABDOLMALK FILIVS NUHI FRATRI MANSURO IN IMPERIO SVCCEDIT.

Jekthuzun quum ad Emirum Abulharetsum Mansurum filium Nuhi peruenisset, non quae sperauerat, beneficia et honores accepit. Quare indignatus apud Faiekum conquestus est, qui grauiora et atrociora de morum principis prauitate ingeniique eius malignitate narrabat. Itaque vterque Mansuri criminibus et flagitiis expositis, alios inuitauit vt secum conspirent ad illum imperio priuandum; omnes facile assenserunt. Jekthuzun igitur consciorum concilio conuocato, Mansuro persuasit domum suam ingredi, causatus rem tractatum iri, quae ipsius principis praesentiam requirat. Ibi incomparabilis princeps ex regia prosapia oriundus, prehensus et oculorum lumine priuatus est *). In eius locum frater Abdolmalk, qui nondum pueritiae annos egressus erat, a coniuratis ad regiam dignitatem euectus est. Mansur quamuis vnum tantum annum et septem menses regnum tenuerat, ita hominum sibi conciliauerat amorem, vt omnes, nobiles et ignobiles, coniuratorum facinus detestarentur.

Breui post nuncio allato Saifeddaulam Mahmudum ad pontem Raguli castra posuisse, Faiek et Jekthuzun magnopere commoti Meruam aufugere. Eo Saifeddaula legatum ad illos misit, qui illis perfidiam et fraudem in principem legitimum commissam exprobraret. Faiek et

*) In persicis: "ferrum candens oculo orbi terrarum prospicienti admouerunt."

طريق تبعنبيص وخديعت بيش گرفته واز زبان عبد
الملک بن نوح تقبيلات گرده بوفور رعايت ومزيد عنايت
موعود گردانيدند وبوعده زيادتي اقطاعات وحکومت ولايات
خواستند که اورا تسکيني دهند وسيف الدولة محمود
از روي حميت اسلام وغيرت دين جايز نميداشت که در
برابر آن حرکت نابسنده وفعل مذموم عفو واغماض واقع
شود لاجرم از بلخ راغول تهيئت نموده بمرو آمد تا کيفيت
آن قضيه بمشافهت در ميان آيد ونايب وبگتوزون از
قدوم سلطان متحير شدند وانواع رعب وخوف بر ايشان
استيلا يافته از گرده بشبيخون کشتند اما اظهار
تجلدي نموده عبد الملک را که ملواج خويش ساخته
بودند از شهر بيرون آوردند ودر برابر لشکر سيف الدولة
فرود آمدند وچون بيقين دانستند که با بيل در
مصارعة آمدن در اعلاء واعدام خويش سعي گردنست شفعا
انگيخته ورسل فرستاده در باب مصالحة تضرع واري
آغاز کردند سلطان محمود بنابر حفظ بيگناهي
وبعد از موقع ملامت تن به آن در داده فرمود تا بارگاه
بپنداختند وطبل رحيل کوفته چون رحل وثقل او روانه شد
اوباش وارذال آن قوم دست تعدي بلاذناب حشم دراز کردند
وبعضي از اجناس وامتعه اورا در عرصه تاراج آوردند چون
سيف الدوله بريشن حادثه اطلاع يافت وحرص شتاب وطمع
کلب ايشان در نهب وسلب اتباع خويش مشاهده فرمود
انديشه بر انتقام مقصور گردانيد وچون وجوه واعيان

Jekthuzun quidem blanditiis et fraude illum placare tentantes, Abdolmalki filii Nuhi nomine maximos illi honores et praemia, pluresque illis quas teneret addere provincias illi polliciti sunt, vt his splendidis promissis eius iram sedarent. At Saifeddaula officii, quod religionis fideique tutela illi imponebat, non ita immemor erat, vt tam abominabili facinori veniam indulgere licitum putaret, sed a ponte Raguli Meruam castra admouit, vt coram cum ipsis hac de re ageret. Tum Faiekum et Jekthuzunum Soltani aduentu quam maxime territos facinoris perpetrati poenituit; nihilominus tamen Abdolmalkum, cuius nomen omnibus quae in suum commodum conabantur praeferebant *), secum vrbe eduxerunt et ex aduerso Saifeddaulae castra posuerunt. Intelligentes autem, illum qui pugnam cum elephante suscipit, in perniciem et exitium praecipitem se dare, intercessoribus excitatis et legatis missis humiliter pacem rogarunt, quam Saifeddaula verens, ne sanguine profuso culpam contraheret, post duram obiurgationem illis concessit. Quum autem castris dimotis et tympanis profectionis pulsatis iam etiam impedimenta et instrumenta exercitus Saifeddaulae referrentur, quidam ex vilissimis Faieki et Jekthuzuni militibus tergum eius adorti supellectilis et rerum pretiosarum aliquantum diripuerunt. Quam perfidam suorum spoliationem quum audiuisset, nullam quidem sumere ab illis

*) In persicis hoc loco est vox arabica سلواح, quae auctore *Camus* notat: *noctuam pede ligatam ad capiendam accipitrem.* Golius Lex. ar. p. 173. Si lectio sana est, verbo tenus verba reddenda sunt: *quam eorum tuum fecerant,*" quibus equidem nullum alium sensum attemperare possum nisi quem versione expressi.

بسر حرکت اوباش وارذال انکاري نکردند سیف الدولة دانست
که رضاي ایشان به آن جرات مقرون بوده آتش خشم او
زبانه زده فرمان داد تا فوجي از لشکریان به بیرامون
آن بي باکان در آمده همه را بقتل آوردند ومیمنه ومیسره
اراسته رو بخصم نهاد ومخالفان بناچار آهنگ حرب سازداده
با جامهاي ملون وکسوتهاي (h) مزین ولباس معاشرت
وشعار ملامت در برابر صف اراي کشتند اما در کثرت عدد
بکمال بودند چه از اطراف خراسان وماوراء النهر حشري جمع
کرده سوار بسیار وپیاده بیشمار فراهم آورده بودند وبعد از
کشش وکوشش فراوان شامت کفران نعمت شامل حال مخالفان شده
نسیم فتح وظفر بر پرچم رایت سیف الدولة محمود در آمد واهل
عصیان روي در بادیة خسران نهاده عبد الملک وفایق با اتباع خویش
متوجه بخارا شدند وبکتوزون بطرف نشابور رفت وابو القاسم
سیمجور بجانب قهستان گریخت وکوکب سعد سیف الدولة
بذروة اعتبار ودرجة شرف رسید ملک خراسانرا باستقلال متصرف
شد وعبد الملک ببخارا رسیده فایق بضبط امور جمهور مشغول گشته
وبکتوزون نیز بعد از چند گاه از بیم سطوت سیف الدولة محمود
ببخارا رفت واشکرهاي پراکنده جمع آورده بار دیگر نجار بندار
بدماغ ایشان راه یافت وخیال استقلال وجدال وقتال واندیشه منازعت
ومبارزت بر مزاج ایشان استیلا پذیرفت ودرین اثنا فایق که طراز
حلّه وروي رزمه وعمدهٔ جمله بود داعي حق را لبیک اجابت گفت
وبدین سبب احوال بقیه ارکان دولت عبد الملک سامانی پریشان وبي
سامان گشت ومقارن این حال ایلک خان از کاشغار متوجه بخارا

(h) In Codice: کسونهاي.

vltionem decreuit; quum autem videret, hoc vilissimorum hominum facinus ab exercitus ducibus et praefectis haud valde improbari indeque intelligeret, illud iis haud insciis factum esse, vehementissima exardescens ira, scelestissimos nebulones ab exercitus parte circumueniri et ad vnum omnes trucidari iussit. Deinceps laeua et dextra acie instructa aduersus hostes contendit, qui necessitate coacti, sicut ornati erant, vestibus pictis, togis pulchris, habitu solenni, sed impiis signis, aciem ex aduerso instruxere. Initio quidem illi militum numero (innumerabiles enim ex Chorasan et prouincia Transoxana copias coegerant) superiores erant, sed post caedem et pugnam atrocem, fortuna aduersa, quam scelere in principem perpetrato sibi consciuerant, hostium res euertit et aura victoriae vexillum Saifeddaulae Mahmudi inflauit. Hostes igitur victi in desertum fugere, vnde Abdolmalk et Faiek cum suis Bocharam, Jekthuzun Nischapurum, Abulkasem Simdschur in Kahisthanum se contulere. Nihil adeó iam Saifeddaulae obstabat, quo minus tota Chorasani prouincia potiretur. Abdolmalk autem quum Bocharam venisset, Faiek summam rerum sibi arrogauit; neque multo post etiam Jekthuzun Bocharam venit, quoniam a Saifeddaula tutum se non existimabat. Tum copiis dispersis collectis rursus de bello Saifeddaulae inferendo cogitarunt, sed inter ipsos hos apparatus Dei O. M. consilio Faieko, quo maxime nitebantur, ex hoc mundo auocato, ceteri Imperii magnates in summam coniecti sunt sollicitudinem. Hoc tempore Ilekchan ex Kaschgaro Bocharam venit, et quum vrbi appropinquaret, per legatum Abdolmalko haec

شد ودر مقدمه رسولي نزد عبد الملك فرستاده به او بپيغام داد كه
عند الشدايد تذهب الاخفار (i) اكر بپيش ازين توسوس (k)
شياطين انس در ضمايير حدقهٔ واقع شده ووحشتي حادث كشته بود
اكنون غبار آن از حواشي خاطر بالكل ارتفاع يافت وحالا بواسطه
دخل بپيكانكان در مملكت آل سامان بنابر قرب جوار بر من لازم
است كه بمدافعت ايشان قيام ودست تعدي متغلبان از ذيل
ممالك محروسه كه بحسب ارث واستحقاق بتو ميرسد كردانم
عبد الملك بن نوح واعيان حضرة او كلمات روي اندود ايلك خانرا
تصديق كردند وبزخارف اقوال او مغرور كشتند وبكتوزون
وبنالتكين ودبكر قواد وامرا با استقبال او شتافتند وچون
در مجلس آن غدار قرار كرفتند فرمود تا همه ماخوذ ومقيّد
كردانيدند وعبد الملك از استماع اين حادثه بي ارام كشته در
زاويهٔ مختفي كشت وايلك خان روز سه شنبه دهم ذي قعده
سنه تسع وثمانين وثلثمايهٔ بيخارا در آمد وجاسوسان
بكماشت تا عبد الملك را بدست آوردند واورا بند كرده به
اوزكند فرستاد وشعلهٔ حيات عبد الملك در آن سر زمين فرو
نشست وبعد از كرفتاري او برادرش منتصر روزي چند در
اطراف واقطار ما وراء النهر كرد فري نمود وچون دولت آن
طبقه نهايت انجاميده بود فايده بران مترتب نكشت ۞

(i) In Codice: الاخفاد. (k) In Codice: توساوس.

significauit: "Quando calamitas ingruit, aufugiunt pro-„tectores, (sicut prouerbio arabico dicitur. Hoc tamen „mei moris non est). Iam ante hanc calamitatem, quum „infortunium aliquod aut casus funestus (Samanidis) ac-„cideret, haud aequa mente tuli *). Nunc autem quum „peregrini homines (quo Mahmudum significabat) Sama-„nidarum imperium inuaserint, propter vicinitatem mei „officii esse duco, illos repellere et hostes, qui imperium „et haereditate et propter merita in te translatum vsur-„parunt, exturbare." His speciosis verbis Abdolmalk filius Nuhi et purpurati eius fidem habuerunt atque his promissis fallacibus decepti sunt. Iekthuzun igitur, Benalthegin et ceteri magnates Ilek Chano obuiam processerunt. At quum fraudulenti hominis tentorium ingressi essent, omnes prehendi et vinciri iussit. Quo audito Abdolmalk exterritus in latibulum se abdidit, at Ilekchan die Martis, decimo mensis Dsulkada (vndecimi Arabum mensis) die anni CCCLXXXIX. Bocharam ingressus, hominibus ad illum perquirendum emissis, illum cepit et Uzkendum misit, vbi lux vitae Abdolmalki exstincta est. Ann. Ar. 389 inc. 22 Dec. 999.

Ita Abdolmalko capto, Monthaser eius frater aliquamdiu in prouincia Transoxana vagatus est, sed quoniam huius gentis exitium decretum erat, haud multum efficere valuit.

*) Verba persica, quae non satis intelligo nec omnino a corruptela immunia mihi videntur, haec fere sunt: "si ante hanc insusurrationem Sata-„norum hominum in mentes calamitas ingrueret, aut infortunium asci-„deret, eius fumus semper ex margine animi ascendebat," quibus nullum alium sensum accommodare possum, nisi quem versione expressi.

الفصل الثامن عشر

ذكر خروج منتصر ابو ابراهيم اسماعيل بن نوح ساماني وبيان انچه ميان او وايلك خان ونصر بن ناصر الدين سبكتكين واقع شد *

جون ايلك خان بر بخارا مستولي شد ابو الحارث منصور مكحول وابو ابرهيم كه ازوي بمنتصر تعبير خواهد رفت وابو يعقوب فرزندان نوح را با اعمام ايشان ابو زكريا وابو صالح وبقاياي آل سامان بدست آورد وهريك را جدا جدا در محبسي باز داشت تا بجمعيت حيلتي نسازند واز موافقت طالع منتصر جادر كنيزكي كه بتعهد او قيام مينمود در سر كشيده از محبس بيرون رفت ودر خانهٔ بيره زني از عجايز بخارا متواري شد تا سورت طلب او تسكين يافت وطالبانش بياس ياس بوشيده طمع ازوي ببريدند انكاه در زي فيوج بخوارزم رفت ودر صدد انتقام ايلك خان آمده بقيهٔ اولياء دولت آل سامان روي بدو نهادند وحشمي تمام فراهم آورده ارسلان بابو (l) كه حاجب او بود بجانب بخارا تاختن كرد وجعفر تكين با هفده كس از معارف امراء اسير كرفت وبجرجانيه فرستاد وديكران جان بيرون برده بيش ايلك خان رفتند وارسلان تا حدود سمرقند بر اثر ايشان رفته جون بقنطرهٔ كوجك (m) رسيد تكين خان كه از قبله ايلك شحنهٔ سمرقند بود با جمعي كثير سر راه

(l) DE SACY V.C. in *Ketab Jemini* Notic. et Extr. T. IV. p. 373. scribit: *Balou* بالو. Etiam in nostro codice infra bis ita scriptum est.

(m) DE SACY l. c. habet: "Etant arrivé au pont de *Couhak*," vbi Vir clarissimus haec annotat: "C'est sans doute un pont sur le Gihon: sa „position m'est inconnue. Le mot *conhac* peut signifier *la petite mon-„tagne*." Legit igitur كوهك. Ex nostro auctore huius pontis situs apparet. Vid. Ind. geogr.

CAPVT XVIII.

MONTHASERI ABU IBRAHIMI, ISMAILIS, FILII NUHI SAMANIDAE FVGA, QVAEQVE ILLI CONTRA ILEK CHANUM ET NASRUM FILIVM NASRI-L-DDINI SOBORTHEGINI MOLITVS EST.

Ilek Chan quum Bochara potitus erat, Abulharetsum Mansurum, quem supra oculorum vsu priuatum esse diximus, Abu Ibrahimum, quem deinceps Monthaserum appellabimus et Abu Iacubum, omnes Nuhi filios, eorumque patruos Abu Zakariam et Abusalehum cum ceteris, qui ex Samanidarum gente superstites erant, cepit, quos singulos singulari carcere custodiri iussit, veritus, ne si iuncti essent, vinculis se liberarent. Ceteris felicior erat Monthaser, qui capite velo seruae, quae saepe ad eum venire solebat, obuoluto, carcere se eripuit et in domo vetulae alicuius Bocharensis delituit, donec illi qui ad illum perquirendum emissi erant, de eo inueniendo desperauerant. Tum vestibus mutatis in Charizmiam perfugit, quo quum ab Ilek Chano vltionem sumere decreuisset, omnes ex ministris Samanidarum superstites ad illum venere. Inde Arslan Babu, qui eius cubicularius erat, expeditionem versus Bocharam suscepit, et Dschafartheginum, cum septendecim ex praecipuis magnatibus cepit et Dschordschaniam misit. Qui euasere, ad Ilekchanum fugere. Illos persequens quum Arslan Babu ad Kantareh Kudschek (i. e. pontem paruum) in finibus agri Samarcandensis peruenisset, Thegin Chanum, quem Ilek Chan Schehnam (procuratorem) Samarcandi constituerat

بروي بگرفت وارسلان روي از مقابله ايشان بر نتافت ودر مقام محاربه ومضاربه بايستاده تكيين خانرا شكسته غنيمت فراوان گرفت ومنتصر ببخارا آمده اهالي آن ديار بقدوم شادمانيها نمودند وايلك خان چون ازين واقعه اكاهي يافت لشكري جمع آورده متوجه منتصر كشت وارسلان بابو بموكب منتصر بپيوست وبعد از تقديم مشورت از آب عبور نموده بآمل شط نزول كردند وبس از تحصيل اموال آن ديار از راه بيابان روي به ابيورد نهادند واز آنجا متوجه نشابور شدند ومنتصر وامير نصر بن (n) ناصر الدين در ظاهر نشابور محاربه واقع شده چون جمشيد خورشيد در تتق آل عباس محتجب كشت امير نصر روي بمرو اورد واز آنجا بهرات رفت وچون اين خبر بسلطان محمود رسيد برفور كوچ كرده جانب نشابور نهضت فرمود وچون منتصر از اقبال رايات نصرت ايات او خبر يافت عنان عزيمت بجانب اسفر اين تافت وخواست كه به استخراج اموال آن ولايت اسباب ملازمان مرتب سازد ميسر نشد وقصد ولايت شمس المعالي قابوس بن وشمكير كرد قابوس خدمت بسنديده بجاي آورده از جمله ده سر اسب تازي بود با زين وسراقسار زرين وسي سر با زين سيمين وسي سر با جلهاي ابريشم وبيست سر استر با زين زر وسي سر شتر بار از فرشهاي فاخر وامتعه فاخر وهزار هزار درم وسي هزار دينار وبنجاه ثوب ملون منضم با ديكر اسباب وادوات بادشاهانه واز براي ملازمان او ديكر اموال فرستاد وبا او گفت مصلحت آنست كه بري روي

(n) Codex hoc loco et saepius in sequentibus post nomen *Nasr* بن omittit.

ingenti cum exercitu obuium habuit. Quo minimē territus aciem statim instruxit, Thegin Chanum fugauit magnamque praedam cepit. Post has victorias Monthaser Bocharam venit et magna cum laetitia ab incolis exceptus est. At Ilek Chan his de rebus certior factus exercitum parauit et contra Monthaserum duxit. Tum Arslan Babu cum Monthasero se coniunxit postque rem accurate deliberatam, vterque amne (Oxo) traiecto ad Amol Schattum castra posuit. Huius regionibus opibus exhaustis per desertum Abivardum, indeque deinceps Nischapurum copias duxere. Ibi inter Monthaserum et Emirum Nasrum filium Nasereddini pugnatum est, et nocte ingruente *) Emir Nasr Meruam fugit indeque Heratham perrexit. Quibus rebus auditis quum Soltan Mahmud Nischapurum contenderet, Monthaser de eius aduentu certior factus Asferainum fugit, cuius regionis vectigalia exigere cupiebat, vt desideriis copiarum satisfaceret, sed voto excidit. Inde ad Schams el maala Kabusum filium Vaschmgiri, se contulit, qui satis benigne eum excepit atque praeter alia munera decem equos arabicos cum ornamentis et frenis auratis, triginta alios cum ornamentis argenteis, aliosque triginta cum stragulis sericis, viginti mulos cum ornamentis aureis, stragulorum pretiosorum et supellectilis eximiae triginta camelorum onus, millies mille Drachmas, triginta millia Denariorum, quinquaginta vestes pictas cum aliis multis rebus et vtensilibus principe dignis, et praeterea eius comitibus alia munera largitus est. Post haec

*) In persicis: "postquam sol inuolutus erat velo gentis Abbassidarum (nigro)."

تا من بسران خویش دارا ومنوچهر را در ظل رایت تو بفرستم
چه تخت آن مملکت از وجود بادشاه سایس عاطلست
وکار آن نواحي متزلزل وآن ملک بملکي قاهر وحاکمي غالب
محتاج بدان طرف قدم رنجه باید کردن وآن ولایت را بحوزهٔ
تصرف آوردن ودر منصب امارت متمکن نشستن وبتدریج
لشکري ترتیب دادن وطریق معاودت خراسان وطلب خانهٔ
موروث پیش نهاد خاطر ساختن منتصر این اشارت قبول
کرده از جرجان نهضت نمود وبعد از قطع منازل ظاهر
ري را لشکرگاه ساخت وسباهي که در شهر مقیم بودند
بیرون آمده در برابر معسکر وي خیمها زدند وابو القاسم
سیمجور وارسلان حاجب نزد سایر امراء اکسان فرستاده
ایشانرا بتسلیم نقد ووعدهٔ نسیه بگریختند تا مجموع
ایشان باتفاق معروض منتصر گردانیدند که جلالت قدر
ونباهت ذکر تو زیاده از آنست که خویشتن را در معرض
جماعتي آري که طاعت ترا کمر بسته اند وبخدمت لواي
تو استسعاد جسته ومرتبهٔ تو از آن برترست که به
این ویرانه سر فرو داري

عرش است نشیمن تو شرمت ناید
کامي ومقیم خطهٔ خاك شوي

قابوس میخواهد که مار بدست اعوان وانصار تو گیرد اگر
کاري از پیش رود فایده بدو باز گردد واگر عیاذا بالله
چشم زخمي رسد آن عار بر جبین دولت باقي ماند چندان
ازین نمط سخنان گفتند که منتصر قول ایشان

ita Kabus cum eo locutus est: "Optimum videtur, vt „Raiam te conferas, quo in itinere filios meos, Daram et „Manutscheherum comites tibi addam; huius enim pro„vinciae thronus desiderat principem prudentem, resque „eius turbatae egent imperatore forti et procuratore va„lido. Quare tibi suadeo, vt in hanc prouinciam profi„ciscaris, eius res constituas, eius imperium tibi vindices, „copiarum delectum instituas, atque deinceps post has res „factas Chorasanum et patrium regnum expugnare aggre„diaris." Hoc consilio probato Monthaser maxima cum festinatione Dschordschano exiit et extra Raiae muros castra metatus est, cui ex aduerso copiae Raienses vrbe egressae castra sua posuere. At Abulkasem Sindschur et Arslan Hadscheb (cubicularius) legatos ad ceteros Monthaseri Emiros misere, pecuniaque et numerata et promissa illis persuasere, vt omnes vnanimi consensu ita apud principem dissererent: "Augebitur dignitas tua et fama, „si eorum hominum consilium sequeris, qui tibi sub„iectos esse honori sibi ducunt, tuaque vexilla sequi pro„speram fortunam existimant. Iam autem nobis optimum „pro tuis rationibus videtur, vt hoc deserto exeas *).

„Throno tuo perenni nihil vmquam infausti accidat
„Strenuus sis, et loco ne vmquam cedas.

„Kabus militum tuorum et sociorum opera serpentem „capere cupit. Quodsi res bene processerit, illi soli prode„rit. Si, quod Deus auertat, infaustum habeat succes„sum, huius rei ignominia tuae genti adhaerebit." Eius-

*) In persicis: "vt in hoc deserto caput deprimas."

مقبول داشت واز ري كوچ كرده براه دامغان روانه شد ودارا ومنوچهر ازوي مفارقت كرده بگرجان رفتند ومنتصر بحدود نشابور رسيد امير نصر نشابورا گذاشته بطرف بوزجان (o) شتافت ودر شوال سنه احدي وتسعين وثلث مايه باز ديگر منتصر بر نشابور استيلا يافته عمال را بر سر اعمال فرستاد ومطالبة اموال اغاز نهاد امير نصر از برادر استمداد نموده سيف الدولة والي هرات التونتاش حاجب بمعاونت او فرستاد وامير نصر بمدد برادر مستظهر شده روي بنشابور نهاد ومنتصر ابو القاسم سبهجور وارسلان بابو را با جمهور سپاه بمدافعت نصر بن ناصر الدين نامزد فرمود وسپاه منتصر بعد از كوشش بسيار انهزام يافته امير نصر به نشابور در امد خلايق شادمانيها نمودند شهررا آذين (p) بستند زيرا كه در آن ولا منتصر مردم را بمواخذه ومصادره رنجه ميداشت ومنتصر متوجه ابيورد شده امير نصر از عقب او روانه گشت منتصر از بيم صولت نصر بن ناصر الدين گريخته بنواحي جرجان افتاد قابوس بن وشمگير دوهزار مرد از انجاد اكراد روانه كرد تا اورا از نواحي مملكت براندند منتصر متحير مانده دانست كه برادروي در راي خود خطا كرده است ومضمون تركت الراي بالراي بوضوح بپيوست وچون ارسلان بالو بخلاف راي منتصر مهمات ملكي مي پرداخت ودر فيصل قضايا با او از سر شطط وجدل سخن ميراند وروز بروز كينهٔ وي در دل منتصر راسختر ميشد در آن اوان بسمع او

(o) IBN HAUKAL (ed. Ouseley) p. 228. 229. scribit بوزكان *Buzgan.*

(p) In Codice: آذين.

modi oratione Monthasero persuaserunt, vt Raia relicta Dameganum se conferret; quod quum fieret, Dara et Manutscheher ab eo discedentes in Dschordschanum rediere. Monthaser deinceps Damegano Nischapurum perrexit, quam vrbem Nasr reliquit et Buzdschanum fugit.

Mense Schaval (decimo Arabum mense) igitur anni CCCXCI. Monthaser altera vice Nischapuro potitus, suos negotiis praefecit procuratores atque incolis tributa imperauit. Emir Nasr a fratre Saifeddaula auxilium petiuit, qui illi Althunthaschum Hadschebum (cubicularium) Herathae praesidem submisit. Cum illo Nischapurum profectus Abulkasemum Simdschurum et Arslanum Babuum, quos Monthaser cum omnibus copiis suis ad illum depellendum emiserat, post atrocem pugnam fugauit et vrbem ingressus est, maximam incolis significantibus laetitiam et festa per vrbem instituentibus, quia Monthaser hoc tempore seueritate nimia et iniuriis in omnium hominum inuidiam incurrerat. Monthaser Abiwardum fugit, et quum Nasr filius Nasereddini illum insequens huic vrbi appropinquaret, ad Dschordschani fines se contulit, sed Kabus duo millia Kurdorum misit ad illum arcendum. Eo in angustias compulsus, indicauit, fratrem imprudenter egisse (dum Kabusum ita extulerit) atque hanc imprudentiam hoc quidem tempore manifesto cognosci. Ann. Ar. 391 inc. 30 Nov. 1000.

In Arslanum Baluum autem, cuius animus ita inflatus erat, vt saepe contra ea, quae princeps volebat, ageret, et in rebus decernendis saepe obstinato animo illi contradiceret, Monthaseri odium in dies incrementum

رسانیدند که ارسلان بالو بنابر حسدي که از ابو القاسم در
خاطر داشته در معرکهٔ نصر من ناصر الدین اهمال ورزیده واین معني
سبب زیادتي کدورت شده منتصر ارسلانرا بقتل آورد وازین قعل
سایر سپاه آشفته کشته زبان سرزنش وانکار دراز کردند وابو
القاسم سیمجور بحسن کفتار آبي بر آتش زده همه را تسکین
داد وبر عزم جانب سرخس انفاق کردند تا بمدد زعیم آن بقعه
که به بسر فقیه مشهور بود مستظهر شوند چه او بپوسته
تعصب جانب منتصر مي ورزید وبخدمات پسندیده به او تقرب
مینمود چون بسرخس رسیدند بسر فقیه کما یجب وینبغي
بمراسم خدمتکاري وجانسپاري قیام نمود درین اثنا نصر بن ناصر
الدین با لشکر شبه صفت بلنک آهن روي بسرخس نهاد ومنتصر
با خواص وملازمان باستقبال او شتافت وبعد از قتال شدید نسیم
فتح ونصرة بر پرچم رایت امیر نصر وزیده ابو القاسم سیمجور وچند
امیر دیگررا گرفته بپیش آوردند وهمه ایشانرا بموجب فرموده در
لباس خسار وعار بعزنین بردند وامیر نصر در کنف عز واقبال روي
بمستقر جلال خود نهاد ومنتصر بعد از انهزام در بیابانها
سرگردان شده راه مي بپمود تا بمیان ترکمانان غز افتاد وایشان
بپوسته دم از هواخواهي آل سامان زدندي وبدولتخواهي آن طایفه
مباهات ومفاخرت نمودندي لاجرم قدم اورا موهبت عظمي دانسته در
متابعت ومطاوعت کمر اخلاص بر میان جان بستند منتصر چون
بمعاونت حشم غز مستظهر شد طمع در ولایت ماوراالنهر کرده
متوجه آن صوب کشت ایلک خان بر نهضت او اطلاع یافته سپاهي
انبوه فراهم آورده بحدود سمرقند آمد غزان شبیخون برسر
ایلک خان بردند وطایفهٔ از معارف لشکر او اسیر کرفته

ceperat. Quare quum hoc tempore illi indicaretur, Arslanum Baluum propter inuidiam, quam erga Abulkasemum Simdschurum animo foueret, in bello cum Nasro filio Nasereddini negligentius egisse, odium eius ita increuit, vt Arslanum interfici iuberet. Illius autem caedes militum animos ita irritauit, vt verba contumeliosa in principem iactarent. Sed Abulkasem Simdschur facundia et orationis comitate eorum animos placauit iisque persuasit, Serchasum contendere, vt ibi auxilium speratum ab huius vrbis praeside, Pusri Fakih appellato acciperent. Is enim in partes Monthaseri transgressus praeclara iam antea illi praestiterat officia. Nec illa spes fefellit. Pusri Fakih nimirum, quum Serchasum peruenissent, sicut par erat, eos benigniter excepit atque quacunque ratione adiuuit. At mox Naser cum copiis ad leonum et tigridum instar fortibus Serchasum peruenit et Monthaserum, qui cum suis obuiam illi venit, post acrem pugnam deuicit, multosque Emirorum eius, inter quos etiam Abulkasem Simdschur erat, captos ignominiosisque vestibus indutos Gaznam misit. Ipse laetus et triumphans domum reuersus est Monthaser ita fugatus per deserta errauit, donec ad Turcomanorum tribum Gaz peruenirent, quae genti Samanicae fauebat Samanidarumque regni recuperandi conatus adiuuare gloriae et honori sibi ducebat. Gazidae igitur de eius aduentu magnopere laeti, sincera mente illi auxilium ferre constituerunt. Horum auxiliis auctus Monthaser in prouinciam Transoxanam contendit, vt eam expugnaret. Qua re audita Ilek Chan exercitu numeroso statim conscripto Samarkandum profectus est; sed Ga-

جمعي را بقتل آوردند واز قبتول ايلك مال فراوان وغنيمت
بي پايان بدست غزان افتاد وكان ذلك في شوال سنه ثلاث
وتسعين وثلثمايه وغزان بمنازل خود معاودت نموده اسپران
بملازمان منتصر ندادند ودر افواه افتاد كه ايشان از مجادله
ومقاتله ايلك خان بشيمان شده در عذر ميكوبند وباطلاق
اسپران بدو تقرب خواهند جست ومنتصر ازين قضيه مستشعر
شد وهفتصد كس از خواص وثقات خويش اختيار كرد واز
ميان حشم غز بيرون آمده بجناح استعجال بكنار آب
رسيد وچون چيحون از برودت هوا منجمد شده بود كاه بر روي
يخ ريخته از آب بگذشت وحشم غز بعد از آن كه آفتاب
بلند شده بود ويخ در ذوبان آمده ناچار باز گشتند
منتصر بامل شط فرود آمده نامه بسلطان محمود نوشت واز
حقوق اسلاف واجداد خود باد داد واز شدت تمادي ايام محنت
وتراكم ايام كربت ومقاسات وشدايد غربت نالش كرد وگفت
اكر در ظل عنايتم جاي دهي چون ساير (q) ملازم باشم واز
خوف مضرت تركان غز كوچ كرده بجانب مرو رفت ونزد ابو
جعفر خواهر زاده كه در آن اوان در مرو اقامت داشت كس
فرستاده بسلاح وساز استعانتي نمود وابن ابو جعفر از
جملهٔ ارذال بود در ايام دولت آل سامان بمكنت رسيده واز
دنيا بخطي وافر محتظي گشته واز لوازم طبيعت ودنائت
همت دست رد بر سينه ملتمس منتصر نهاده بلكه از
شهر بيرون آمد ودر مقابلهٔ او صف كشيده بايستاد

(q) In Codice: سايه.

zidae noctu ex improuiso eum adorti, plurimos ducum eius ceperunt, alios trucidarunt et ingenti per eius castra potiti sunt praeda. Haec calamitas Ilek Chano accidit mense Schaval (decimo Arabum mense) anni CCCXCI. Gazidae autem ad suas mansiones rediere, captiuis Monthasero non traditis. Vulgabatur tunc, Gazidas poenitere belli cum Ilek Chano incepti et constituisse veniam ab eo orare, captiuorumque liberatione eius iram placaturos esse. Quo rumore audito, Monthaser septingentis comitum et sodalium suorum electis a Gazidis discessit et festinanter ad ripam amnis (Oxi) contendit, quem aeris frigore congelatum, stramine in glaciem coniecto, traiecit. Gazidae (eum insequentes) quum ad fluuium peruenirent, quoniam glacies sole subliniore liquefacta erat, inuiti rediere. Monthaser Amol Schattum se contulit, indeque literas ad Sultanum Mahmudum scripsit, quibus post commemorata maiorum suorum merita et grauissimas de continuis infortuniis et calamitatibus, quibus ipse iactetur, querelas, scripsit: "Si me in tuam tutelam receperis, „eadem fide et submissione, qua ceteri aulici tui, tibi „adhaerebo." Deinceps prae timore Turcarum Gazidarum Meruam petiit, et legatum ad Abu Dschafarum sororis filium, qui tunc ibi summam rerum tenebat, misit atque ab eo expetiit, vt se armis et cetero apparatu bellico adiuuaret. Sed ille vilissimorum hominum vnus, licet a Samanidis ad eam, quam tenebat, potestatem et dignitatem euectus erat, tamen pro ingenii quod illi erat pravitate, auunculo, quae rogabat, abnuit. Quin etiam cum copiis suis vrbe egressus aciem aduersus illam in-

Ann. Ar. 391. inc. 30 Nov. 1000.

وغلامان منتصر بیک حمله ملازمان اورا جون حروف تهجي براکنده ساختند ومنتصر راه ابیورد بیش کرفت وسلطان محمود در قبول بیغام واکرام رسول او آثار کرم ولطف بظهور رسانیده تحفهٔ لایق فرستاد وبابو جعفر خواهر زاده مثال نوشت که در التزام خدمت وتحري مراضي او هیچ دقیقه مهمل نکذارد وخواهر زاده از سر اضطرار بملازمت کمر بسته بتحصیل مرام او قیام نمود وابو نصر حاجب از امراء سلطان محمود در ابیورد جون منتصر بدآن حدود رسید وظیفه خدمتکاري بتقدیم رسانید واهل نسا منکر آن واقعه شده از اقامت منتصر در آن دیار ممتنع کشتند وبخوارزمشاه نامه فرستاده مدد خواستند وخوارزمشاه ابو الفضل حاجب را که از مشاهیر جماهیر حضرت او بود بمعاونت ایشان فرستاد وابو نصر حاجب در خدمت رایت منتصر باستقبال او رفت ودر آنزمان که شب تاري وهوا قاري قوت باصره را از مشاهده اشخاص ومطالعهٔ اجسام معزول کرده بود فریقین دست بتیغ وتیر بردند وتا تباشیر صبح جنک کرده اکثر مردم هر دو فریق مقتول ومجروح شدند واز آنجمله ابو نصر وسایر انصار منتصر را کشته یافتند ودیکران آواره شدند ومنتصر باسفر این افتاده مردم آنجا از خوف بمساعت او کمر بستند ومنتصر ازین صوب عنان بر تافته بسرخس رسید ودر آنجا چند روزي توقف کرد تا هزیمتیان بدو ملحق شدند انکاه از جیحون عبور نموده بحدهٔ بخارا

struxit, sed post primum concursum eius acies a Monthaseri copiis disiecta est *). Monthaser tamen Abivardum concessit. (At mox Abudschafaro aliter erat cum auunculo agendum.) Soltan Mahmud (enim) Monthaseri literas benigne accepit, legatum eius honorifice habuit, donaque splendida illi misit, atque Abu Dschafaro, Monthaseri ex sorore nepoti imperauit, ne leuissimum quidquid omitteret, quo auunculo prodesse aut eius necessitatibus subuenire possit. Eo coactus Abu Dschafar maxima cum sedulitate Monthasero, quaecumque desideraret, comparabat. Etiam Abu Nasr Hadscheb (cubicularius) Emirorum Soltani Mahmudi vnus, Monthasero quamdiu Abivardi erat, multa praeclara officia praestitit. Vrbis Nesae autem incolae Monthaseri hac in regione moram tanquam sibi noxiam aegre ferentes, literis a Charizmschaho auxilium expetiuere, qui Abulfadhlum ex praecipuis copiarum ducibus vnum ad illos misit. Huic Abul Nasr Hadscheb, vt Monthaserum tueretur, obuiam iuit; et nocte, qua tenebrae aërisque frigor omnem oculis adimebant visum, proelium inter eos consertum, et vsque ad solis ortum continuatum est, multis vtrimque caesis et vulneratis. Altero mane autem Monthaseri defensores, Abunasrum et alios multos duces occisos reperientes, trepidae fugae se mandarunt. Ipse Monthaser Asferainum concessit, sed ab incolis prae timore (Charizmschahi) introitu prohibitus est. Inde Serchosum se contulit, vbi aliquamdiu moratus

*) In persicis: "Milites Monthaseri vno impetu illius comites dispersi „runt ad instar literarum Alphabethi in syllabas dispersarum."

بجانب او لشکر کشید چون منتصر مهربي نداشت بمقابله باپستاد واز جانبين کشش بسيار واقع شده منتصر بجهد وسعي تمام جان از آن ورطه بيرون برد وتا دربند بورجاي توقف ننمود وشحنهٔ بخارا بجانب سعد رفته بغراهم آوردن لشکري که در آنجا بود مشغول شد ودرين اثنا ناگاه منتصر شبيخون برده سلک جمعيت شحنهٔ بخارا به تشتت وتفرق مبدل گشته مقارن اين حال بسر علم دار سپهسالار سمرقند بانتصار منتصر در حرکت آمده با سه هزار مرد به او بپيوست وخواجگان سمرقند سيصد غلام ترک با مالي وافر بخدمتش فرستادند وجمعي از حشم غز نيز به او بپيوستند وبار ديگر آتش اقبال منتصر بالا گرفت وچون ايلک خان از انتظام حال منتصر خبر يافت بعزم محاربه او روان شد ودر حدود سمرقند مصاف دادند وخان هزيمت يافت وحشم غز ديگر بار از لشکر ايلک غنايم موفور واموال نا محصور گرفتند واين واقعه در شعبان سنه اربع وتسعين وثلثمايه روي نمود چون ايلک خان بولايت خود رسيد لشکرهاي براکنده جمع کرده بار ديگر روي بمنتصر نهاد ودرين حال حشم غز ازو جدا شده بودند وروي باوطان نهاده بقسمت غنايم مشغول شده چون نوبت ديگر هردو فريق صف مقاتله راست کردند ابو الحسين طاق که بنجهزار مرد در ظل رايت او مجتمع بودند با منتصر غدر کرده بپيش ايلک رفت ومنتصر ناچار راه هزيمت پيش گرفت وايلک خان تيغ

est, vt copias fuga dispersas colligeret. Deinceps Oxo transito pugnandum illi erat cum copiis, quas Schehna (praeses) Bocharensis contra illum duxerat, quoniam fuga proelium euitare non poterat. Post acrem pugnam Monthaser se ex hoc discrimine celeri fuga eripuit, et vsque ad Derbend Burchasi nullibi substitit. Inde Schehnam Bocharensem, qui victoria sua laetus in colligendis illius regionis copiis occupatus erat, ex improuiso adortus est omnemque exercitum ab eo collectum dissipauit *). Breui post Pusr Almdar copiarum Samarkandensium imperator cum tribus millibus militum Monthasero in auxilium venit; magnates Samarkandenses trecenta mancipia Turçica illi submiserunt et magnus Gazidarum numerus se illi adiunxit. Eo rursus ad laetiorem statum Monthaseri res adductae sunt. Qua de re certior factus Ilek Chan exiit ad bellum Monthasero inferendum; sed proelio in agro Samarkandensi facto fugam cepit, et Gazidae iterum in illius castris innumerabilem praedam coegere. Hoc factum est mense Schaban (octauo Arabum mense) anni CCCXCIV. At Ilek Chan quum in regnum suum peruenisset, copias dispersas recollegit atque rursus aduersus Monthaserum egressus est. Eo tempore Gazidae a Monthasero discesserant et ad suas mansiones reuersi in distribuenda praeda occupati erant. Etiam Abulhosain Tak, cuius vexillum quinque militum millia sequebantur, acie vtrimque iam instructa, Monthasero perfide deserto, ad Ilek Chanum transiit. Quo ita debilitatus est Monthaser, vt fugam

Ann. Ar. 394. incepit 29 Octobr. 1003.

In persicis: "Collectionem Schehnae in dispersionem et dissipationem mutauit."

انتقام از نیام بر کشیده جمعی کثیر از اتباع (r)
ولشکریان منتصر بقتل آورد ومنتصر بکنار آب آمده
کشتی نیافت درختی چند برهم بسته از جیحون عبور
نمود وکلهای اسب که در آن نواحی یافت بر لشکر خود
قسمت کرد واز راه بیابان به بل راغول آمد وسلطان محمود
را از وصول او خبر دادند وسلطان بیش از انتظام کار والتیام
حال او از غزنین ببلخ آمده وفریغون بن محمد را با جهل
نفر از اعیان واشکری بی پایان بدفع فتنهٔ او نامزد کرد
ومنتصر بی محاربه از ایشان روی گردان شده بجانب قهستان
رفت ونصر بن ناصر الدین وارسلان حاذب والی طوس وطغانجق
حاکم سرخس از عقب او روان شدند واو از خوف آنجماعت روی
بگریز نهاد واز آنجا ببسطام آمد وقابوس بن وشمگیر دو
هزار فرستاده تا منتصر را از بسطام منزعج گردانیدند واو از
بسطام به نسا رفت وبسر سرخک سامانی نامهٔ فرستاده منتصر
را بمواعید زور واقاویل غرور بغریفت وباعانت ومساعدت
ومقاومت با ایلک خان وعده داد واو بامید آن وعده برصوب بخارا
رحلت کرد ودر آن یورش جمهور سپاه او از مقاسات سفر
بتنگ آمده بودند وازاروار (s) وشبگیر بجان رسیده لاجرم
عار بیوفایی را ملتزم شده بیش سلیمان وصافی حاجبان
ایلک خان رفتند وایشانرا از ضعف حال منتصر خبر دادند
وچون اورا خبر شد که طایفهٔ از اهل عدوان به بیرامن
خیمه اش در آمدند ومنتصر لحظه بمرافقت ایستاده روی
بگریز نهاد وبرادران وخواص اورا گرفته به اوزکند

(r) In Codice: ابتلاع. (s) In Codice: ازالوار.

capessere coactus esset. Ilek Chan igitur gladio vltionis ex vagina extracto magnam militum et comitum Monthaseri turbam trucidauit. Ipse Monthaser quum ad Oxi ripam peruenisset, nauigio non inuento, arboribus iunctis, amnem transuectus est. Hinc equorum gregibus, quos in hac regione inuenit, inter milites distributis, per desertum ad pontem Raguli profectus est. Eius aduentu audito Sultan Mahmud, antequam Monthaseri robur et potestas incrementum capere posset, Gazna Balchum venit et Farigunum filium Mohammedis cum quadraginta copiarum ducibus et innumerabili exercitu ad illum depellendum misit. Prae illis, vi non tentata, Monthaser Kahisthanum fugit, vnde, Nasro filio Nasereddini, Arslan Hadsebo Tusi procuratore et Togandschek, Serchasi procuratore, qui eum persequebantur, aduentantibus Kamendum et hinc Bosthamum contendit. Illinc porro, quum Kabus filius Vaschmgiri duo millia hominum ad eum pellendum misisset, Nesam petiit. Ibi a Pusr Serchok Samanida literas accepit, promissorum mendacium et verborum fallacium plenas, quibus gratia, venia et auxilium Ilek Chani nomine illi promittebatur. His promissis fidem habens Monthaser iter Bocharam ingressus est. Sed milites huius itineris molestia fatigati, reputantes apud se perpetuos quos exantlauerint labores et itinera nocturna, nefandum facinus aggressi sunt. Solimanum nimirum et Safium Ilek Chani cubicularios certiores fecerunt, quam infirmus sit Monthaseri status. Monthaser quidem quum comperisset, tentorium suum ab hostibus circumdatum esse, sociis aliquot itineris electis fuga euasit; fratres

فرستادند ومنتصر وحملهٔ ابی بیهیج اعرابی افتاد ومنه
روی منظفر از قبیل سلطان محمود سرور ایشان بود واو
آنجماعت را بر قتل منتصر ترغیب نمود وچون شب در
آمد طایفهٔ از اجلاف عرب هجوم کردند وجان عزیز آن
شاهزاده بیهمال را برباد دادند وچون شریف اورا برخاک
ریختند واین حادثه در ربیع الاول سنه خمس وتسعین
وثلثمایه روی نمود وچون خبر این مصیبت بسلطان
رسید ماه روی سپاه روز را بر حوالی هر جه تمامتر
وکشت وحلهٔ ابی بیهیج را بغارتید (1) ویکبارکی شعلهٔ
آل سامان انطفا پذیرفت وکوکب اقبال وشرف ایشان بدرجهٔ
هبوط رسید وکان الله علی کل شیء مقتدرا ⁕

الفصل التاسع عشر

ذکر حال وبیان مآل شمس المعالی قابوس بن وشمکیر ⁕

جون در ضمن قضایای آل سامان ذکر قابوس مکررا رقم
زدهٔ کلک بیان کشت وحال آنکه او بادشاهی فاضل کریم
النفس هنر برور بود مناسب جنان نمود که شمهٔ از
حالات او نیز بعد از ایراد قضایای سامانیه در سلک بیان
منتظم کردد ومنه الاعانه والتوفیق ⁕

در بعضی از تواریخ مسطورست که قابوس ابن وشمکیر
هیجده سال در خراسان بماند ودر انقلاب حالات وتصاریف

(1) In Codice: بغارتید.

antem et amici capti et Vakendum missi sunt. Monthaser incidit in mansiones Arabum errantium Bahidschidarum, quibus homo quidam Mahi rui (quod nomen sicut *Bahidsch*, pulchrum designat) appellatus, a Soltano Mahmudo praepositus erat. Is (fautori gratum quid se facturum sperans) tribum suam ad occidendum Monthaserum sollicitauit. Noctu igitur horum vilissimorum hominum aliquot Monthaserum adorti sunt, et praeclari hominis ex regia prosapia oriundi, animam egregiam in auras dissiparunt et sanguinem nobilem ad terram profuderunt. Hoc factum est mense Rabia el ewel (tertio Arabum mense) anni CCCXCV. Quod indignum facinus, quum ad Soltanum Mahmudum relatum esset, tribus praefectus, non *Mahrui* sed *Seiah rui* (niger sine deformis) appellandus crudelissimo supplicio necatus, et Bahidschidarum tribus dissipata est (59).

Ann. Ar. 395. Ioseph 19 Octobr. 1004.

Sic tota Samanidarum stirps exstincta est gloriaeque et dignitatis huius gentis sidus occidit. Licet diuinam in hoc euentu intueri omnipotentiam.

CAPVT XIX.

HISTORIA SCHAMSELMAALA KABUSI, FILII VASCHMGIRI.

Quum in historia Samanidarum saepius facta fuerit mentio Schamselmaala Kabusi tanquam principis generosi, liberalis, omnemque laudem merentis, haud a re alienum erit, post expositas Samanidarum res etiam illius res commemorare, ad quod faciendum auxilium diuinum expetimus.

Narratur in quibusdam annalibus, Kabusum filium Vaschmgiri octodecim per annos in Chorasano fuisse et

ایام وحوادث زمان مصابرت مینمود ودر آن مدت شایبهٔ نقصان بعزیمت او راه نیافت واز رونق حال وطراوت جاه او چیزی (u) کم نشد وهیچکس از کبار امراء خراسان ومعارف دولت نماند که مخطوظ احسان وممنون امتنان او نشد وکس بروی سلامی نکرد که با کرامی وانعامی مختظی نگشت لباس شریف وخلعت او خاص وعام بپوشید وکاس عواید وعوارف او وضیع وشریف بنوشید (x) وملوک سامانیه میخواستند که اورا معاونت نموده بمستقر عز وجلالش برسانند وبسبب نوازل محن وعوارض فتن وعوایق ایام وعلایق روزگار نیز تمنای ایشان بهدف مقصود نمیرسید واو مانند جبل راسخ بر زحمت عواصف وزحمت زلال تحمل می نمود وچون امیر ناصر الدین سبکتکین بخراسان آمد ودست تصرف ابو علی را از آن ولایت کوتاه کرد بملاقات قابوس مسرت وارتیاح ظاهر ساخت وخواست که بنصرت ومعاونت واستخلاص مملکت او قیام نماید ناگاه سفر بلخ روی نمود وشواغل وموانع حال حایل شد وچون یار دیگر امیر ناصر الدین جهت دفع ابو القاسم سیمجور بخراسان معاودت نمود با قابوس عهد ملاقات تازه (y) کرده در بارهٔ یکدیگر الطاف بسیار بظهور رسانیدند ودر آن اوان فخر الدولهٔ دیلمی که والی جرجان بود لشکر فراوان داشت وبه بکر بن حسویه وجمعی کثیر از حشم کرد مستظهر شده بود وامیر ناصر الدین

(u) In Codice: خبری.
(x) In Codice: نشوشید.
(y) In Codice: تازه.

fortunae vicissitudines, rerum conuersiones, et temporum casus constanter pertulisse, nec omni hoc tempore animi constantiam imminutam, neque status illius pulchritudinem aut dignitatis vigorem ne hilum quidem decreuisse; neque porro vllum optimatum et Emirorum Chorasani fuisse, qui eius benignitatem et liberalitatem expertus non fuerit, neque vllum ad eum confugisse, quem non summa cum benignitate et humanitate exceperit; nobiles et ignobiles vestibus pretiosis ab eo donatos esse, omnesque dona et beneficia accepisse *).

i. e. Emir autem Schams el-maali Kabus, Vaschmgiri filius, Dschordschani, Dar el merz, Tabaristhani et Kilani praeses, qui ipse omnibus in disciplinis, et seuerioribus et in illis quae vitam ornant, versatus, doctos et eruditos viros multo in honore habebat, etiam carmina fecit et arabica et persica. Quam singularem eius praestantiam Tsenai, poeta sapientia sua magnam venerationem nactus, hoc disticho celebrauit: ne sis vt Kabus Vaschmgiri

d) ابو الفخر مسعود بن سليمان جوزقاني (in Cod. الفخر) DE SACY l. c. p. 270. eum appellat: Aboulfakhr Massud ben Salman Dschordschani.

e) In Codice: وشمكير Suppl. بن quod Persae haud raro omittunt.

(filius)." Quum Fachreddaula autem illum ex Dsordschano, lite aliqua inter ipsos oborta, expulisset, Nischapurum se contulit, vbi Emir Ali Simdschur, Chorasano tunc temporis a Nuho filio Mansuri Samanida praefectus, secure ac tranquille vitam agere illi permisit. Per septem annorum spatium, quos Nischapuri transegit, omne quod ex pristinae fortunae splendore remanserat, expendebat in beneficia et munera, quibus doctos, pios et probos homines eadem prorsus liberalitate, qua vsus erat, antequam prouincia spoliaretur, ornare et subleuare non desinebat. Quare Imam Abu Sahl Saluki qui tunc supremi Cadii in prouincia Chorasan munere fungebatur, plura carmina in eius honorem fecit. Deinceps Kabus, quum post Fachreddaulae mortem in prouinciam Chorasan restitutus esset, ab ipsis suis domesticis, quos suus ipsius filius subornauerat, in arce Dschenaschek, in praefectura vrbis Bostham sita, trucidatus mortem obiit, quam propter singularem viri probitatem recte martyrium appellaueris." Sequitur iam causa et ratio caedis, quas ex Mirchondo discimus infra Cap. XIX.

(48) p. 81. Omnes res quae iam sequuntur in Chorasano gestae multo copiosius narrantur a DE SACY V. Ill. ex Tharich Jemini p. 336 sq. Ibi etiam commemoratur quidnam commouerit Nuhum ad Abulhosainum Simdschurum (alius enim non est, qui hoc loco Mohammed appellatur), prouincia Chorasan exuendum. Neglexerat scilicet adiuuare Hosainum Toheri filium, quem Nuh miserat, vt patruelem Chalafum, qui promissum tributum annuum soluere recusauerat, quamvis prouinciam suam Sedschestan Samanidarum ope recuperauerat, ad officium reduceret; qua eius negligentia factum erat, vt magna cum copiarum Chorasanicarum ignominia arcis Ark, in quam Chalaf confugerat, obsidio per septem annos trahéretur. "Cette ingratitude qui annonçoit l'ingratitude la moins excusable et l'oubli des bienfaits dont il avoit été comblé déplut tellement à l'emir Nouh ben Mansour, qu'il lui ôta sa charge pour la donner à Hossam eddoula Tasch."

(49) p. 85. Iisdem fere verbis haec et sequentia narrantur a DE SACY V. Ill. ex Tharich Jemini l. c. p. 341 sq.

(50) p. 89. DE SACY l. c. p. 343. "La place de Vezir (post caedem Abulhosaini) à Aboulhassan Mazéni; mais il manquoit des talens necessaires." p. 344. "Après cet accommodement Hossameddoula se rendit à Mérou. Avant de quitter Bochara, il avoit fait ôter la place de grand vizir à Aboulhassan Mazéni, dont il avoit découvert les liaisons avec Abouali et Faïk et l'avoit fait donner à Abdorrahman Farsi l'intendant de sa maison; mais il n'étoit pas encore à Merou que celui-ci fut deplacé et eut pour successeur Abdallah ben Aziz connu pour être ennemi de la maison d'Otba." Tollenda sunt in nostra interpretatione post *moliebatur* voces: *Emir Nuh.* D'HERBELOT v. Nouh ben Mansour, Mezni nomen pronunciat: Merni ...

(51) p. 91. Dailamidas scilicet vocat Mirchondus principes, quos Bujidas appellare consueuimus.

(52) p. 95. Plurimum lucis haec narratio haud vbique satis lucida lucratur ex iis, quae DE SACY V. Ill. ex Tharich Jemini excerpsit p. 344 sq. Apparet, nostrum plurima, quae tradit, ex Othbii libro hausisse.

(53) p. 101. Othbi addit: "digne sans doute d'un meilleur sort." DE SACY l. c. p. 349.

(54) p. 109. Copiosius atque in quibusdam diuersa haec enarrantur in Tharich Jemini p. 353. "A peine (Fajek) étoit arrivé à Samarcande que sur la nouvelle de l'approche des Turcs, il quitta cette ville et revint à Bokhara. Sa fuite précipitée fit juger qu'il avoit des intelligences secrètes avec l'ennemi. Nouh se hâta de sortir de Bokhara et se cacha sans faire connoître le lieu de sa retraite. Bagrachan s'étant avancé vers cette ville, Faïk en sortit pour aller au devant de lui; et se joignant à son armée, il s'empressa de lui faire sa cour. Lorsque Bagrachan eut pris possession de Bokhara, Faïk sollicita la permission de se retirer à Balkh, pour recevoir au profit du Khan les revenus de cette province, y faire prononcer la khotba et battre la mounoie en son nom. Alors *Nouh sortit de sa retraite:* il passa le Gihon et vint à Amolschatt, où il trouva un grand nombre des gens de sa maison, et fut joint par ses troupes,

qui s'étoient dispersés de côté et d'autre. Il nomma pour vizir Abou-Ali Balami; mais comme il étoit pas en état de remplir cette place dans des conjunctures aussi fâcheuses, Nouh rappella près de lui Abdallah ben Aziz et le rétablit dans la dignité de Vezir. Il pressoit toujours Abou-ali ben Simdjour de se rendre auprès de lui pour defendre son royaume de l'invasion des Turcs" etc.

(55) p. 115. De Sobogthegini initiis et de hoc bello Indico agit noster in Histor. Gaznevid. C. I. quod ex Cod. Ms. apponimus:

امير ناصر الدين غلامي بود تركي نژاد مملوك البتكين صاحب جيش خراسان مخصوص بفيض آلهي اراسته بآيين سلطنت وبادشاهي بپراسته روز كوشش جون شير بيشه عنف وكاه بخشش جون ابر بهمه كرم هنكام داد جون باد جهنده بر قوي وضعيف جون افتاب تابنده بر وضيع وشريف بهمت جون دريا كه در وهش از كاهش نيديشيد ودر تهور مانند سيل كه از نشيب وفرازان نيرهيزد راي او در ظلمت حوادث جون زهره درخشان وستاره راهنماي وتيغ او در مفاصل عدو جون قضا كره كشاي اثار نجابت وشهامت در شمايل او روشن وبيدا دلايل يمن وسعادت در حركت وسكون او هويدا * ابو الحسين خازن كويد كه ناصر الدين در ايام دولت نوح بن منصور ساماني با ابو اسحق بن البتكين كه صاحب جيش خراسان بود ببخارا رسيد ومنصب حجابت ابو اسحق وحل وعقد امور اتباع f) خدم وحشم خدمتش تعلق به او ميداشت جون ابو اسحق را بغزنين فرستادند وايالت آن نواحي را رجوع به او نمودند نرمام ترتيب وتدبير واشغال وتقرير اعمال ولايت مذكوررا براي رزين وفكر دوربين امير ناصر الدين حواله فرمودند وجون ابو اسحق بغزنين رسيد بعد از اندك فرصتي دعوت حقرا البيك اجابت كفت ودر دودمان اوا كسي كه لايق منصب حكومت

f) In Cod. ابتاع.

وسرداري بودي مفقود بود اعوان وانصار ابو الحق در باب شخصي كه بدارايي سپاهي ورعيت يد بيضا (g توانند نمود مشورت كردند قرعه اختيار بر امير ناصر الدين سبكتكين افتاد باتفاق بزعامت ورياست او رضا دادند وبر كفالت وايالت او عهد بستند وناصر الدين هكنانرا در ظل حمايت ورعيت خويش جاي داد وبما يحتاج ومصالح جمله كما يجب وينبغي قيام نمود وفراخور مرتبهء هريك اقطاعي مقرر فرمود انكاه بقلع وقمع اعداء دين اورد وناحيهء هندوستان را كه مسكن دشمنان اسلام وموطن عبدهء اوثان واصنام بود دان العزو ساخت وبپيوسته بر اطراف واكناف مملكت كفره وفجره ميتاخت وشرر شرك كه از اتشكدهاء هندوان زبانه ميزد بزخم تيغ آبدار مي نشاند ومعابد ومعاهد آن خاكسارانرا بباد فنا ميداد وبجاي آن صوامع (h ومساجد بنياد مي نهاد ودر شدايد ومحن بنوعي مصابرت مينمود كه قمت بشريه از ان قاصر مي آمد ودر ورطات ومهالك خودرا چنان مي افكند كه تقضي از ان جز بلطف وتاييد كردكار ميسر نمي شد نوبتي كه از مجاري ان اسفار اسفار واز سر كذشت ان اخبار اخبار مي فرمود بر لفظ مبارك راند كه بوقتي كه با ان ملاعين در مصاف بودم وايشان بكثرت عدد وعدد مستظهر بودند وما در مقدار بسيار از ايشان كم بوديم ومدة اين جهاد دراز كشيد وزادي كه داشتيم نماند وداه استمداد وطلب زاد بسته ماند ومدتها در مضايق ان شدت ومغالق ان كربه بماند وريس اشياع ووجوه اتباع از نايافت قوت بي قوت شدند واز فقدان نان افغان باسمان رسانيدند چاره جز ان ندانستيم كه محقر بستي كه در مطبخ ماندهء بود بر يكديكر قسمت نماييم وبسدر مغي ريزي يشب وشب بروز رسانيم ومدتها بدين نوع بسر برديم تا حق تعالي فرصت داد ووعدهء كه در اعلاء كلمه حق فرموده بانجاد رسانيدهء

g) Ita Arabes appellant manum Mosis.

h) Nisi fo[illegible] جوامع (*templa maiora*) legendum est.

ان ملاعین . بعضی طعمهٔ شمشیر گشتند وبرخی در قید اسار گرفتار گشتند
وزمرهٔ در لباس خزی وخسار روی بهزیمت نهادند ومجاهدان دین مظفر
ومنصور باوطان خویش مراجعت نمودند

i. e. Emir Nasereddin erat mancipium Turcicum in familia Alpthegini, praefecti militiae Chorasanicae, at insignibus a Deo ornatus virtutibus indoleque sane regia praeditus. In pugna sicut leo in omnes saeviebat; quum dona distribueret, erat nubi similis, quae in omnes pluuiam effundit, vel vento, qui ad potentes et debiles pertingit vel soli, qui nobiles et ignobiles calore et lumine exhilarat. In negotiis erat instar maris, quod, quum aestuat, nihil curat tempus, in consiliis constans vti amnis, qui neque collibus neque conuallibus cohibetur. Inter aduersitates temporum eius consilium erat instar sideris Venerei splendore insignis et stellae, quae viam (nauigantibus) monstrat. Illius hasta perforabat hostium membra vti fatum ineuitabile. Generositas eius et liberalitas in moribus eius satis manifeste apparebant et felicitatis fortunaeque secundae vbicunque, siue ageret, siue quiesceret, documenta cernebantur. Abulhasan Chazin (thesaurarius) auctor est, Nasereddinum imperante Nuho filio Mansuri Samanida cum Abu Ishako filio Alpthegino, qui militiae Chorasanicae praefectus erat, Bocharam venisse, cubicularii munere apud illum fungentem, omnique eius familiae, ingenuis et mancipiis praepositum. Quum Abu Ishak (a Bocharensibus) Gaznam missus atque huic prouinciae praefectus sit, Nasereddini consilio auctoritatis multum habenti et sapientiae prouidae prouinciae imperium maxime commissum esse. Abu Ishako autem haud multo postquam Gaznam venerit, fato suo functo, quum nemo ex illius stirpe adfuerit, qui prouinciae et copiarum imperio sufficeret, magnates et copiarum duces de principe, qui exercitus et ciuium rebus regendis par esset, consultantes, Emirum Nasereddinum Soboktheginum elegisse, cui imperium tradiderint iuramentaque praestiterint. Soboktheginum igitur omnes in suum patrocinium recepisse; omnium, sicut par erat, necessitatibus prouidisse, omnesque res aequali cum cura constituisse. Deinceps ad euertendos

et exstirpandos religionis hostes animum aduertisse, atque in Hindosthanum, quae regio erat patria hostium Islami et sedes cultorum imaginum et idolorum, proficisci constituisse *i*). Itaque quum inuaserit fines imperii improborum et infidelium, omnem polytheismi flammam, ex Hindorum pyreis flagrantem, gladii ictu exstinxisse; templa et aedes sacras vilissimorum hominum destruxisse inque eorum locum templa Mohammedica et monasteria exstruxisse. In calamitatibus et angustiis constantiam vires humanas superantem exhibuisse, inque tot tantaque pericula et discrimina rerum se immisisse, vt ex iis nonnisi fauore et auxilio diuino saluari posset. Ipsum aliquando, quum ex tali periculo euaserit, rem ita narrasse: "Quum pugnaremus cum istis nefandis hominibus, qui nobis et numero et iis quae ad bellum pertinent rebus longe superiores erant, resque protraheretur, commeatus inopia nos oppressit, neque vlla via aperta erat, qua vel auxilium vel commeatus nobis afferri posset. Qua in miseria quum aliquamdiu perdurauissemus, copiarumque et satellitum duces commeatus defectu vires amisissent, atque de panis penuria lamentarentur, nos nullum aliud reperire potuimus remedium, nisi vt vilia reliquias in culina superstites inter nos diuideremus; qua ratione miserrime tempus transegimus vitamque sustentauimus vsque ad illud tempus, quo Deus O. M. implcuit, quae in libro suo sanctissimo pollicitus est, opportunitatem nobis praebens, qua vsi vilissimorum hominum plurimos gladio trucidauimus; alios cepimus; ceteri ignominiosae et turpi fugae se mandarunt. Exercitus fidelis autem victor et rebus praeclare gestis laetus domum repetiit."

(56) p. 117. Cf. de his rebus quae ex Mirchondo in nostra Chrestomathia persica leguntur p. 120 sq.

(57) p. 137. Tharich Iemini p. 364. "On convint de part et d'autre que Coloum seroit la séparation des deux empires et Ilekkhan obtint en faveur de Faik, qu'il conserveroit la possession de Samarcande."

i) In persicis: "fecit Hindosthanum vas belli sacri."

(58) p. 139. Vid. Tharich Jemini p. 367. Eadem, quae ibi leguntur, narrat noster in Hist. Gaznevidarum Cap. IV.

(59) p. 169. Longe aliter haec narrat Tharich Jemini (ex quo tamen noster plurima eorum, quae de Dynastiae Samanidarum fine narrat, hausisse videtur) p. 376. "Il étoit déja environné des troupes ennemies (in tentorio scilicet, vbi ab ipsis comitibus proditus erat) lorsqu'il reconnut qu'il étoit trahi, et après s'être defendu quelque tems, il fut tué au mois de rébialewel 395. (Décembre 1004.)"

(60) p. 175. Cf. Annot. 47. Mirum in modum Cabusi nomen corrumpitur. In Elmacini editione semper قانوس legitur. TEXEIRA haud raro Kabul appellat. Pauca quaedam leguntur de illo apud Abulfedam in Annal. moslem. passim. Quae noster narrat, eadem fere ex Chondemir excerpsit HERBELOT v. Cabous.

(61) p. 177. Etiam carmina arabica et persica Cabusum pepigisse auctor est Daulatschah l. c. Cf. ABULFARAG. Hist. Dyn. p. 334. Eius poeseos specimen legbet ABULFEDA ann. mosl. ad a. 403. quo occisus est egregius hic princeps.

(62) p. 187. Pauca quaedam habet de hoc principe HERBELOT v. Manougeher ben Cabous. Apud ABULFARAG. Hist. Dyn. l. c. vbi eius mentionem facit pro ملك المعالي leg. فلك المعالي

INDEX HISTORICVS.

Abdallah Aziz 91. 35.
Abdolmalk ben Nuh 71 sq.
Abdorrahman Fakih 127.
Abdorrahman Faresi 91.
Abuabdallah Mohammed fil. Ahmedis 35.
Abuabdallah Charizmschah 129.
Abuabdallah Mohammed fil. Mohthadschi 53 sq.
Abuali fil. Abulhosaini Simdschur 103 sq.
Abuali fil. Elias 77.
Abuali fil. Naschthegini 127.
Abudschafar 63. 65.
Abudschafar fil. Dsulkarnain 117.
Abudschafar sororis Monthaseri filius 161 sq.
Abudschafar Saluk 43.
Abu Jacub 151.
Abu Ibrahim 151.
Abulabbas Abdallah, fil. Mohammedis Nuhi 29.
Abulabbas Fadhl fil. Mohamm. 57.
Abulcasem Simdschur 119 sq. 147 sq.
Abulfadhl Mohammed. fil. 53.
Abulfadhl, dux copiar. Charismschahi 163.
Abulfadhl Hamidi filius 73.
Abulfawares, fil. Adhadeddaulae 93. 189.
Abulharets Fariguni, Dschuzdschani praeses 117 sq.
Abulharets Mansur 151.
Abulhasan Nasr 35.
Abulhosain (Abualii legatus) 127.
Abulhosain Hamuli 139.
Abulhosain Mozni 87.
Abulhosain Othbi 85 sq.
Abulhosain Simdschur 77. 91.
Abulhosain Tak 165.
Abumansur Babch, Rokneddaulae fil. 71.
Abu Mohammed, fil. Mahrani 185.
Abunasr, fil. Abu Saidi 125.
Abunasr Hadscheb 163.
Abu Said Bekr fil. Malcki Fergahenae 69.
Abu Saleh (Mansuri fil. Samanida) 151.
Abu Saleh Mansur, fil. Ishaki 21.
Abu Zakaria 151.
Adhadeddaula fil. Rokneddaulae 77 sq.
Ahmed ben Abi Chaled 5.
Ahmed fil. Asadi 3. 5.
Ahmed fil. Ismail 29.
Ahmed fil. Sahli. 39. 41. 43.
Ali fil. Hamujae 43.
Ali fil. Kamchi 65.
Alpthekin Chorasan. procur. 75 77.
Althumthasch Hadscheb 157. 173.

Amru Laits 11.
Arslan Babu 151 sq. idem qui infra Balu appellatur 157.
Arslan Bek 127.
Arslan Hadscheb 167. 175. 189.
Asfar fil. Schirujae 45.
Asrek Tusensis 127.
Atrusch 41.
Badr fil, Hasujae 171.
Bagrachan 103 sq.
Bahidschidae, Arabum tribus 169.
Bahram Dschupin 3.
Benalthegin 149.
Bogra cubicularius 127.
C vide *K*.
Chalaf fil. Ahmedi 125.
Dailemitae 31. 55. 93. 119.
Dara, fil. Schamselmaali Kabus 119. 155. 187.
Dschafarthegin 151.
Ebn al Athir 9. *Annot. hist.* 7.
Elias fil. Ishaki 37.
Emadeddaula Dailamita (i. e. Buida) 65.
Fachreddaula 79 sq. 119.
Fajek 81. 103.
Farigun fil. Mohamm. 167.
Fathek, mancip: Iusefi 45.
Gasan fil. Abbadi 3.
Gaz Turcomanorum tribus 159.
Hamdullah Musthufi 13.
Hamujah 37. 41.
Hamujah fil. Asadi 7.
Hasan fil. Kasemi 45.
Hosain ben Ali Merverdi 37. 43.
Hosn fil. Ali Alafrusch 31. 43.
Hosn fil. Firuzani 55. 65. 175.
Husameddaula Abulabbas Tasch 81 sq. 101.
Jacobus Laits 5.
Jahia (Johannes) fil. Asadi 3.
Ibrahim Ahmedi fil. 59.
Ibrahim Simdschur 57.
Ibrahim Zaid Alida 27.
Ibrahim (Emir) 63.
Jekthuzun 103. 107.
Ilek Chan 129 sq. 135 sq.
Ilenku 129. 133.
Inabech 103.
Isfahid Schahrjar 173.
Ishak (Samanida) 35 sq.
Ismail ben Ahmed 5. 27.
Ismail filius Nasri 53.
Jusef fil. Abi'ssah 45.
Kabus 79 sq. 169 sq.
Kadir billah Chalifa 183.
Kasem fil. Hosn Dai Tabaristh. praeses 41.
Kerathkin, Dschordschani praef. 41.
Kurdi 55. 57. 157. 173.
Laila ben Noman 41.
Laschkaresthan fil. Abu Dschafari Dailamitae 127.
Madscheddaula fil. Fachreddaulae 175.
Mahirul 169.
Mahmud (Gaznevida) 119. 135 sq.

Makan fil. Kaki 45.
Mamuri Chalifa 3.
Mamun fil. Mohammed. praeses Dschordschan 129. 131.
Mansur fil. Ishaki 37 sq.
Mansur fil. Kerathkini 55. 61. 65.
Mansur fil. Nuhi 75 sq.
Mansuri, titulus libri 21.
Manutscheher 175 sq.
Moadidae 25.
Moezzeddaula Rokneddaulae frater 65.
Mohammed, fil. Abdallae Balami 43.
Mohammed. fil. Dschonaidi 39.
Mohammed fil. Harunî 19.
Mohammed fil. Ibrahimi nepos Simdschuri 81.
Mohammed fil. Makani 71.
Mohammed fil. Saidi Alida 19.
Mohammed fil. Saluki 31. 45.
Mohammed fil. Zakaria Razi 21.
Mokthader Chalifa 29. 47.
Mokthafi Chalifa 21.
Monthaser Samanida 161 sq.
Motarref fil. Mohamm. Dschoidscha-nens. Vezir 47.
Moti Chalifa 69.
Movaijeddaula 81.
Naim cubicular. Kabusi 177.
Nasereddaulah 59.
Nasireddin v. Sobokthegin Gazn. ev.
Nasr (Samanida) 9.
Nasr fil. Ahmed 35 sq.
Nasr fil. N[illegible]sreddini 167.
Nezam el molk Tusi. 13.
Nuh fil. Asadi 3.
Nuh I. ben Mansur 79 sq.
Nuh II. ben Nasr 53 sq.
Pares Kebir 29.
Pusr Almdar 165.
Pusr Fakih 159.
Pusr Serchok Samanida 167.
Rafia fil. Hartsemae 5.
Rokneddaula Dailamita 53. 65.
Rusthem Marzeban Madschdeddaulae filius 173.
Safi (cubicular. Ilek Chani) 167.
Saheb Abbad (Vezir) 97.
Saif eddaula v. Mahmud.
Saliam 31.
Sam 15.
Schams Maala v. Kabus.
Schar Gordschesthani 117.
Simdschur Davathi 39. 43.
Sobokthegin Ferganensis 127.
Sobokthegin Gaznevida 71. 79. 113 sq.
Soffaridae 25.
Soliman Ilek Chani cubicular. 167.
Taher ambidexter 3.
Taheridae 25.
Talheh 5.
Tharich Gozideh (nomen libri) 11.
Thegin Chan 151.
Togandschek Serchasi procurator 167.
Togan Hadscheb 65.
Tschehr 23.
Vaschmgir 55. 65.
Vezaja (titulus libri) 15.

INDEX GEOGRAPHICVS.

ABISGUN 97. Vrbs Tabaristhani auctore Ebn Haukal (p. 176.) ad praefecturam Korkan (گرگان) pertinens haud procul ab Astherabad, eximio cum portu. (p. 194.) HERBELOT h. v. "Abeskoun et Abkoun, *Isle de la mer Caspienne* (quod a nemine alio traditur) qui n'est eloignée de la ville d'Esterabad que de trois parasanges, dans laquelle il y a une ville et une riviere qui porte le même nom selon *Ebn Kassem*. Quelques uns veulent que l'isle soit située à l'embouchure de la riviere qui porte le nom d'Abès et d'Abeskoun." GOLIUS ad Alfergan. p. 195. Etiam mare Caspium ab hac vrbe *mare Abisgoun* (Reiskius pronunciat *Aboskoun*) appellari, Abulfeda ex Al Lobab commemorât. BÜSCHING Magaz. T. V. p. 334.

ABIVARD 153. 163. 175. Etiam Baiward appellatur p. 127. Ebn Haukal باورد appellat (p. 228.) V. HERBELOT vv. Abiard, Baurd. Vrbs Chorasani sex Merhileh a Merwa s. Meru versus occidentem distans. Ebn Haukal p. 228.

AMOL SCHATT 53. 107 sq. 153. 175. Vrbs vnum milliare a fluuii Amujeh s. Dschihun s. Oxi (Schatt) ripa remota, duorum dierum itinere e Meru distans. Ibn Haukal hanc vrbem licet cis Oxum sitam ad provinciam Mawaralnahr refert p. 213. Etiam Amu s. Amujeh appellatur. Bene haec vrbs distinguenda est a cognomine altera in Tabaristhan sita, de qua loquitur Ibn Haukal p. 175 sq. V. GOLIUM ad Alfergan. p. 181. 195.

AMUJEH amnis 7. 53. V. Amol. Cf. GOL. ad Alferg. p. 181. 182. HERBELOT v. Amou.

ANDSCHAN 31. v. Ferganah.

ASFERAIN 163. Vrbs Chorasani tres Merhileth a Herath distans. Ebn Haukal apud Ouseley اسفرين scribit p. 213. 228. V. HERBELOT

v. Esferain. Hanc vrbem Mehragani cognomine ob agri illius venustatem a Cosru Kobad ornatam esse auctor est ABULFEDA in Büschingii Mag. f. die Hist. u. Geogr. T. V. p. 346.

ASRUSCHANEH 3. siue Osruschneh, vt plerumque appellari solet, nomen praefecturae in prouincia Transoxana, maximam partem montosae. ABULF. Chowaresm. Descr. p. 52. Singulari sane corruptione haec vrbs in Ebn Haukal ab Ousel. edito appellatur p. 233. استرشعنه Asterscheineh p. 261 sq. ستروشته Sethrouschtheh, et p. 279. استروشته Astheruschtheh. V. DE SACY V. Ill. Notice de la Géographie orient. d'Ebn Haukal Par. 1802. p. 25. HERBELOT v. Osrouschiah. GOL. ad Alferg. p. 167.

ASTHERABAD 179. Vrbs vnius diei iter a mari Caspio remota (Ebn Haukal p. 175.), quam alii ad Mazenderanum (cuius metropolin eam esse dicit FERRIÈRES-SAUVEBOEUF, Voyages en Turquie etc. Paris 1790. T. II. p. 6.), alii ad Tabaristhanum (vt Ebn Haukal l. c. Cf. GOL. ad Alferg. p. 194., alii ad Dschordschan referunt. V. HERBELOT h. v.

BADGIS 89. Nomen vrbis Chorasani et praefecturae, cuius sedes illa erat. Cf. Ibn. Haukal p. 213. (vbi male بارغيس scriptum est) 219. Ad praefecturam Badgis pertinere dicit Ebn Haukal: Kouh Seim, Kui Ummabad, Besth, Harur, Kaberun, Kalan et Dehesthan. HERBELOT v. Badgis: "Nom d'une ville et d'une grande etendue de Pays dans la province de Khorassan qui comprend plusieurs villes et Bourgades et entre autre celles de Herath et de Meru, toutes deux Capitales de cette Province." Vnde haec petita sint, nescio. Auctore Abulfeda Badzagis (ita scilicet Arabes Persarum Padachiz بادخيس pronunciare ait) nomen est vrbecularum plurium in tractibus Herathae, vt ait Ol Lobab, quorum capitalis est Bajin, atque nomen traxit a ventis ibi saeuientibus, quod idem Herbelot commemorat. BÜSCHING. Magaz. T. V. p. 344.

BAGDAD 29.

BAIWARD v. Abiward.

BALCH 89. 103. 107. 135. 139. 167. Nomen vrbis et praefecturae Chorasani. Vrbes et regiones ad eius praefecturam pertinentes enumerat vrbemque describit Ebn Haukal p. 223.

BOCHARA *passim*. Notissima vrbs prouinciae Transoxanae. Qua ratione haec vrbs sedes principum Samanidarum facta sit, narrat Ebn Haukal p. 251. "The Samanian princes resided at Bokhara; the territories of which and Mawaralnahr were under their jurisdiction: the people of Bokhara were so obedient and so observant of their treaties that the sovereigns chose to reside among them. The kings of Chorasan were descended from the race of Saman. Ismael ben Ahmed resided there: the people of Khorasan had behaved treacherously towards him; and his children also resided at Bokhara. Before that the governors of Maweralnahr dwelt in Samarcand, at Chaje شاج (شاش) or Ferghaneh; but since that the seat of government has been removed from Khorasan to Bokhara."

BOSTHAM 167. 179. Vrbs auctore Abulfeda (BÜSCHING. Mag. p. 332.) ad prouinciam Kumes pertinens. V. GOL. Not. ad Alferg. p. 192. EBN HAUKAL p. 178. minorem eam dicit esse vrbe Damegan.

BUZDSCHAN 157. Videtur esse eadem vrbs, quam Ebn Haukal ex ed. Ouseley p. 215. Burgan بورگان et p. 227. 228. بوزگان (sicut etiam Abulfeda ap. BÜSCHING. p. 343. appellat et ad ditionem Nischapurensem pertinere ait. Iam in eo eram, vt secundum horum auctorum scriptionem textus nostri lectionem mutarem quum opportune apud HERBELOT p. 200. inuenirem Mathematico Mohammedi ben Jahia adhaesisse cognomen *Buzdschani*, atque ex Nischapuro originem traxisse.

CHORASAN nomen prouinciae satis notae, saepissime apud nostrum occurrens, sed longe amplior, quam ea prouincia quae in nostris mappis Chorasan appellatur. Versus Austrum enim vsque ad Zablisthan procurrebat.

CHARIZMIA nomen prov. et vrbis 5. 39. 129.

Dahisthan 97. Urbs et praefectura in extremo termino Tabaristhani inter Dschordschan et Chorasan ad oram maris Caspii haud procul ab Abisgun sita, ad praefecturam Gurkani spectans, (Ebn Haukal p. 176.) piscatura quae in eius vicinia exercebatur, celebris (id. p. 185.), regum Soffaridarum aliquamdiu sedes (id. p. 208.) Cf. Abulfed. ap. Büsching p. 334. Nomen, quod etiam Abulfeda indicat, pagorum locum s. ditionem, notat, quare rectius *Dihisthan* a Golio (ad Alferg. p. 192.) appellari videtur.

Dainver 57. (Dainawar Reisk. Dinur Gol. ad Alferg. p. 222. Deinour Ouseley; Dinawar in mapp. geogr.) ex vrbibus prouinciae Irak el adschem siue Belad el dschebel, siue Kuhisthan, auctore Ebn Haukal paulo minor quam Hamadan, secundum Saidi illi aequa. A Hamadano distat octo parasangas. Auctore Azizi ab vrbe Maragah quadraginta, auctore Ebn Haukal (p. 165.) triginta parasangas distat. (Apud Ouseley paucis lineis infra legitur Dainver a Maraga sexaginta parasangas distare, sed opinor ibi corrigendum esse Deinel. V. Ebn Haukal p. 165. 167. 169. Abulf. ap. Büsching p. 323.

Damegan 41. 55. 157. 185. (Damagan Reisk. Damghan Ousel.) maxima vrbium prouinciae Kumes eiusque metropolis. Ebn Haukal p. 178. Abulfed. ap. Büsching p. 332, qui Ebn Haukalii ea, quae in Ouseley editione leguntur, commemorat. Cf. Gol. ad Alferg. p. 192. "Grande ville, ait Bakui (Not. et Extraits T. II. p. 482.) entre Rei et Nisabur dans un lieu très fertile;" commemorat deinde aliqua, quae sunt ex genere illarum nugarum, quas magnopere Bakui amat.

Derbend Burhasi 165. Vrbs prouinciae Transoxanae inter Termed et Dscheganian sitae (Ebn Haukal p. 277.) quam cognomine Burchasi a nullo alio ab altera Derbend ad mare Caspium distinctam reperi.

Dschenadschek 181. Arx in praefectura Bostham. V. Annot. hist. 47.

Dschihun amnis 59. 107. 164.

Dschordschan 21. 29. 41. 51. 55. 65. 81. 97. 119 sq. 179. 185. Apud nostrum vbique prouinciam, quae ab vrbe Dschordschan pendet,

designare videtur. Vrbem Geographi tum گرگان Gurgan. (vt Ebn Haukal p. 241.) tum Korkandsch maiorem گرگانج الکبری (Abulf. Chowaresm. et Maw. descr. p. 12.), rarius Dschordschan appellant. Haud raro scilicet Persarum گ tribus cum punctis ab Arabibus per ج exprimitur. v. Gol. ad Alferg. p. 42. Prouinciam in maris Caspii litore, quod inde etiam بحر جرجان mare Dschordschani dicitur alios ad Thabaristhanum, alios ad Charizmiam, alios denique ad Chorasanam referre auctor est Golius ad Alferg. p. 190. Ebn Haukal ad Charizmiam spectare dicit. Abulfeda in Chowaresmiae descriptione vrbem Korkandsch maiorem inter Chowarezmiae vrbes enumerat; in Tabaristhani autem descriptione Gorgan (Dschordschan) ait esse *secundum al Mohallebiensem* in occidente Nasa, vrbis Chorasanicae, a qua distat 98 parasangas, vrbem insignem *inter Chawarezim et Thabaristhan*, sic positam, vt illam Chawarezim habeat ab oriente, hanc Thabarestanum ab occidente. Büsching Magaz. T. V. p. 334.

Dschordschaniah 129 sq. 151. "In *Moschtharek* dicitur, Korkandsch minorem (گرگانج الصغری) esse vrbem vicinam Korkandsch maiori decem milliaria ab ea distantem, inque occidentali Oxi ripa sitam, Arabes eam appellare Dschordschaniah." Abulf. Descr. Charizm. et Maw. p. 12. Ebn Haukal simpliciter گرگانج eam appellat p. 240.

Dschurdschan s. Dschuzdschan 117. 125. V. not. p. 116. Constanter in nostro codice Mirchondi scribitur *Dschurdschan* cum ژ. Deinde in chartis nostris Persiae e. g. in illa, quae Vimariae anno 1804. publicata est, regionem Gurdschian inter Balch et Chorasan conspicio, quod nomen qua auctoritate nitatur, ignoro. Quare immutare lectionem nolui, quamquam [illegible] quae de Sacy V. Ill. in Notices et Extraits etc. T. IV. p. 378. de hoc nomine contra Historiae priorum regum Persarum etc. ex Mirchondo, Viennae 1782. editorem monet equidem fidem haud denegauerim: "l'éditeur de Mirkhond observe, que les géographes ne font point mention d'une province

nommé Djouzdjan. On a vu qu'il en est souvent parlé dans l'histoire d'Otbi, et sa situation est facile à reconnoitre proche de Balkh, entre le Khorassan et Mawaralnahr. On trouve en effet sur la carte de Perse de Mr. de Lisle, publiée en 1724 une petite province qui porte le nom de *Djauzedjan*, située entre les frontières du Khorassan, les montagnes de Gaur, la rivière de Balkh ou de Débasch, et le Gihon: ce nom y est écrit suivant differentes prononciations qui proviennent de l'omission des points diacritiques; et c'est ce qui prouve que l'auteur de cette carte a suivi en cela des manuscrits de géographes orientaux. Le Djouzdjan fait partie de la province de Farjab (s. Farab, v. Chorasm. et Maw. descr. p. 47. Ebn Haukal p. 269).

FERGANAH 3. 5. 37. Nomen et vrbis et prouinciae satis amplae vltra fluuium Sihun, quam Arabum geographi ad Mawarennahar referunt. Vrbs nonnumquam Andudschan s. Andschan appellatur v. Mirchond. p. 31. Cf. Gori ad Alferg. p. 168. HERBELOT v. Ferganah. ABULFEDA Chowaresm. et Mawar. descr. p. 59. "Ebn Haukal auctor est, Farganam nomen regionis esse ciuitates et praefecturas complectentis, eiusque vrbem esse Abidsbolan ابيذبلان." EBN HAUKAL p. 270. "Ferganah is the name of an ample and fertile prouince, which contains many towns and villages: the capital is called اخسيكت *Akhsiket* etc." Idem nomen conspicitur in Nasireddini tabulis اخسكت قصبة فرغانه et apud Ulugbeig (V. Binae tab. geogr. una Nasireddini Persae altera Ulug Beigii Tartari, op. et stud. Jo. Gravii Lond. 1752. p. 26. 58.). Qui autores quum Ferganam vrbem non commemorent, putat GOLIUS l. c. Achsikat ipsam Ferganam siue Andschan esse. In Ebn Haukal edit. Ousel. p. 248. tamen inter vicos Mawarelnahr apparet انديدان Andidan. Quod اندجان corrigendum esse dubium non videtur.

GAZNA s. *Gaznein* passim. Vrbs Zablischani, quae a principibus dynastiae a Nasireddino Sobakthegino fundatae, qui illam sedem regni

sui fecerunt atque nomen Gaznevicorum inde traxerunt, nacta est nominis celebritatem. "Gaznah is a small city one merhileh of Sejestan." EBN HAUKAL p. 208. "Gaznah est territorii 'l Bamejanensis. Hortos non habet; est emporium et domicilium mercaturae Indicae... Fere quadraginta parasangis abest, ait ol Azizicus, a Bosth, primo termino Segestanae." ABULFEDA in BÜSCHING Mag. T. V. p. 349. V. HERBELOT v. Gazna.

GORDSCHESTHAN 117. ne quis putet esse Georgiam, quam nos dicimus. Ad pontum enim Euxinum vsque neque Samanidae neque Gaznevidae imperarunt. Hunc tamen in errorem nominis similitudine facile possemus induci. Est prouincia Chorasani, ad quam duae vrbes scilicet Neschin نشين et Surmin سورمين pertinere ex Ebn Haukal discimus (p. 221.) Situs huius prouinciae apparet ex Ebn Haukal p. 225. "Bamian is a town about half as large as Balkh, situated on a hill. Before this hill runs a river, *the stream of which flows into* GURJESTAN." Eadem habet ABULFEDA in Büsch. Mag. T. V. p. 350. "Apud eam decurrit magnus fluuius, qui in Garestan incurrit;" vbi Reiskius: "Sic in Leidensi; etiam in Vienn. ita fuisse concludo, quia in Th. Schick. notatum video, quod Seb. Tengnagel Garisthan scripserit, Schikardus Azstan reddit. Nempe legit puncto a Gain in proximum Remoto. Mihi videtur Gorschesthan legendum esse." Ex Ibn Haukal facilis medela est. Ille fluvius, cuius hi auctores mentionem faciunt, in nostris chartis Bamian appellatur atque supra Balch in Ochum se effundens conspicitur. Apparet igitur, Gordschesthan inter Balcham et Bamian quaerendam esse. Quare non dubito, eandem esse regionem, quae *Ghur* appellari solet. Occurrit alius locus apud EBN HAUKAL p. 256. vnde nisi, quod facile apparet, inter innumera loca huius editionis, quae mira librarii et editoris oscitantia corrupta sunt, referendus esset, deberes concludere, Gordschesthan vltra Oxum fluuium sese protendisse. "The waters of this valley (of Barghis in Mawarelnahr) are augmented in summer by the snow from the mountains of Ghurgestan غرجستان and the vicinity of Samarcand."

HERRATH 3. 17. 39. 89. 103. 139. 153. Vrbs Chorasani satis nota.

IRAK (sc. Adschem) 59. i. q. Kuhisthan (كوهستان) s. Belad. el dschebel.

ISFAHAN 19. 71 sq. Vrbs Prov. Iraki quam nemo ignorat.

KAHISTHAN 71. 87. 147. 173. (bene disting. a Kuhisthan cum ك v. Irak). Apud Ibn Haukal varie scribitur p. 213. 277. 231. قهستان p. 194. قوهستان (rectius igitur Kuhisthan pronunciatur), ter p. 206. 223. 227. كوهستان. ABULFEDA ap. BÜSCHING T. V. p. 342: "Kuhesthan nomen tractus aut prouinciae cuiusdam Chorasanicae ad desertum Persicum . . . non est Kuhestan nomen vrbis, sed nomen vrbis praecipuae in Kuhestan est Kajen (قاين)". V. EBN. HAUKAL p. 231. vbi huius prouinciae vrbes enumerantur. Quae hic Ruzen روزن appellatur, apud Abulfedam l. c. Zauzan audit.

KAMEND 167. locus, vt ex nostro colligi licet, inter Kahisthan et Bostham situs. Nil aliud comperi.

KANTAREH KUDSCHEK 151. pons in finibus agri Samarcandensis. Eandem lectionem, quam DE SACY V. Ill. in suo codice Kethab Jemini reperit, etiam apud Ebn Haukal p. 256. inueni: "In the district of Barghis (leg. Badgiz) are many gardens and dykes. From this valley (or channel) come the rivers above mentioned, and pafs under the bridge of Kouhek (پول كوهك Puli Kuhek) at the Samarcand gate." V. Not. crit. p. 150.

KARIZMIA v. Charizmia.

KASCH 115. 135. Oppidum prouinciae Transoxanae haud procul a Samarcand distans, cuius ager Tamarlani natalibus inclaruit. V. EBN HAUKAL p. 259. vbi Ouseley Kisch pronunciat, ABULFED. Chowaresm. et Maw. descr. p. 43. Not. ad Alferg. p. 168. 173. HERBELOT v. Casch.

KASCHAN 45. „Est vrbs, ait Al Azizi, parua, modica, Iraki el adschem, sed fertilis. . . . . Ol Lobb notat, indifferenter hanc vrbem Kasan et Kaschan efferri." ABULF. ap. BÜSCHING. T. V. p. 327.

KATH 131. Sedes Charizmschahi. "Kats (كاث) olim metropolis Charizmiae. Auctor Alkanun: est extrema ciuitas Charizmiae ad orientem Dschihuni." ABULFED. Chowar. descr. p. 11. "The chief place of Kharizm is called Khab كاب (leg. كاث s. كاث; ita etiam scribunt NASIR ED-DIN et ULUG BEIG in Tabb. Geogr. p. 23. 55); it has a castle now in ruins. There was a town here which the water destroyed, and the people build an other higher up; and the water has approached the castle, and it is feared, will ruin it also. The mosque is in this, and near *it is the palace of the Kharizm-schah* etc." EBN HAUKAL p. 241.

KAZWIN 21. 45. "Vrbs Iraki, in pede montis contermini Dailomitidi, ait Ahmed al Kathib. Kazwin et Thalakan sunt inter al Ray et Abhar." ABULFEDA ap. BÜSCHING Mag. etc. T. V. p. 326. Fuit sedes regum Persarum, donec Schah Abbas, Thamaspi pronepos Isfahanum sedem regni faceret. GOL. ad Alferg. p. 200 sq. Habet ABULFEDA quaedam ex EBN HAUKAL excerpta, quae in editione OUSELEY V. C. desiderantur. Cf. Ebn Hauk. p. 171.

KERMAN 77. 93. "Ciuitas, Iakuto teste, tridui itinere dissita a Gazna Indiam versus; vno gradu australior et quoque orientalior quam Cabul, ad cuius ditionem pertinet." GOL. ad Alferg. p. 110. Bene secernenda est a prouincia cognomini, prouinciae Farsisthan et mari Persico contermina.

KESCH v. Kasch.

KILAN 175. vel Gilan. Arabes plerumque جيلان enunciant. GOL. ad Alferg. p. 207. "Ol Gil (الجيل), ait Iacuti in al Moschtharek, est nomen prouinciae vastae, vicinae Dailomitidi, multos habentis pagos et oppida, sed nullam magnam vrbem. . . Eadem quoque Gilan (جيلان) appellatur." ABULFED. ap. BÜSCHING Mag. T. V. p. 328. Cf. EBN HAUKAL p. 174.

KOHENDIZ v. not. crit. *e.* p. 94.

KOM 45. vrbs Iraki al adschem inter Isfahan et Kazwin sita. V. GOL. ad Alferg. p. 218 sq. ABULF. ap. BÜSCHING. T. V. p. 326.

Kolzom (mare) 175. nomen maris Caspii apud Arabes.

Kondsch Resthak 89. Hanc vrbem nonnisi ab Ibn Haukal, qui inter praecipuas Chorasani vrbes refert, commemoratam vidi, p 213. v. not. nostram crit. p. 88. Videtur in vicinia Badgisi sita fuisse.

Kuh Schahrzur v. Schahrzur.

Kumes 173. 185. Huius prouinciae fines ex duobus auctoribus commemorat Abulfeda in Büsching. Mag p. 330 "Prope abest a Dailomitide tractus Kumas, cuius medium est a l grad. long. 73. (78) min. 15. (aut 55) lat. 36 gr. min. 20. Per ice Kumasch قومس appellatur, vt ait al-Lobab, a Bestham ad Samnan porrecta, quae vtraque vrbs Kumasi est. Kumas, ait ol Moschtharek, est inter Chorasanum et Montanam (Irak ol adschem), incipit a Samnan ab occidente. Capitalis eius est Damegan."

Lerkudschek 45. v. not. crit. p. 44.

Masenderan 19. i. q. Tabaristhan quod vid.

Mausel 59. notissima vrbs Mesopotamiae s. Dschesirah.

Mawarennahar i. e. prouincia Transoxana *passim*.

Merva s. Meru 3. 41. 55. 61. 85. 135. 143. 145. 153. celebratissima Vrbs Chorasani quinque parasangis, siue secundum al Moschtharek quatuor dierum itinere distans a Merwarrud, a qua secernitur adiecto nomine Schahdschan (مرو شهجان) Ebn Haukal p. 215. Gol. ad Alferg. p. 183.

Mervarrud i. e. Merua ad fluuium Morgab 103. 141. Hanc notissimam Chorasani vrbem vsitatiore nomine Morgab i. e. locum aqua amoenum, secundum fluuii qui eam alluit, nomen appellari, Mirchondus monet p. 141. v. Gol. ad Alferg. p. 183. Ebn Haukal p. 220.

Nehavend 57. Reisk. Nahavend. Vrbs mediocris Iraki al Adschem, "est ab austro Hamadanae, vt ait Haukali filius, vrbs in monte posita, inter hortos et amnes, abundans horaeis fructibus, qui ob praestantiam transferuntur in Irak." Abulfeda in Büsch. Mag. T. V. p. 324. "Nehavend is situated on a hill. It has many gardens and orchards, with excellent fruits, and two mosques; one

modern, the other ancient. Saffron also comes from Nehavend." EBN HAUKAL p. 170. V. GOL. ad Alferg. p. 221.

NESA 167. 171. vrbs Chorasani inter Abiward et Serchos, quatuor menzileh a Meru dissita. ABULFEDA in Büsch. Mag. T. V. p. 341. EBN HAUKAL p. 228.

NESEF 135. Nomen arabicum vrbis Transoxanae, quae vsitatiore nomine NACHSCHEB نخشب appellatur, a flumine Dschihun deserto interiacente separatae. Sita est ad concursum viarum, quae Fargaba et Balcho Samarcandum ducunt. EBN HAUKAL p. 260. ABULFED. in Büsching. Mag. p. 324.

NISCHABUR s. NISCHAPUR, vrbs celebratissima prouinciae Chorasan. 31. 39. 41. 55. 57. 61. 81. 87. 89. 93. 103. 121 sq. 135 147. 153. 173.

NUKAN in pago Tusensi 43. proprie minor duarum partium, in quas vrbs Tus secernitur. GOL. ad Alferg. p. 185.

PONS RAGULI 143. 145. 167. Est pons in prouincia Mawarennahr, deserto secreta ab Oxo. Hoc ex nostro patet. In aliis enim auctoribus hunc pontem commemoratum non inueni.

RAJA 19. 23. 53. 57 sq. 155. Vrbs Iraki Persici satis nota.

SAMARKAND 9. 11. 27. 31. 35. 69 sq. 107. 111. 137. 159. Celebratissima regionis Transoxanae vrbs.

SERCHOS 127. 159. 163. 167. GOL. Sirchas; REISK. Sarachs; OUSELEY Sarkhes; *alii* Sarches. Vrbs Chorasani, inter Meruam et Nischapurum. In eius austro est vrbs Nasa, a qua distat 27 parasangis. IBN HAUKAL p. 221. ABULFEDA in Büsch. Mag. T. V. p. 343. Traxisse nomen tradunt a conditore Serchos, filio Chodrer, cui Caicaus, Persarum rex, hanc regionem donauerat. GOL. ad Alferg. p. 185.

SCHAHRZUR, apud nostrum KUH SCHAHRZUR 171. quo nomine forsan ille mons prope Schahrzarum, qui ab aliis Zelem (زلم), ab aliis

Scharan (شهران) appellatur et planta seminis ac floris experti, quae baccas sub terra nascentes fert, apud scriptores orientales celebratur. V. Gol ad Alferg. p. 228. Ipsa Schahrzur est vrbs parua, Iraki persici inter Hamadan et Mausel sita; Alexandrum Komisii morbo correptum, in eam delatum atque mortuum esse scriptores Orientales fabulantur. Abulfed. in Büsch. Mag. T. V. p. 322. Ibn Haukal p. 171. Gol. l. c.

Schasch 3. Regio prouinciae Transoxanae magnifica auctore Abulfeda, amoenissima totius Mawaralnahr. Ad ditionem Samarcandi eam pertinere ait Ahmed al Kathib. Abulfedae Chow. et Maw descr. p. 49. Ibn Haukal, vnde pleraque hausit Abulfeda, in edit. Ousel. scribit جاج Tschadsch, atque regionis huius caput esse dicit سكنت Seket. p. 265.

Sisthan 19. 37. Arabes plerumque سجستان Sdschisthan scribunt. Auctore Ibn Haukal terminatur ab occidente Chorasana et parte Indiae; ab oriente conterminum habet desertum Makran (بيابان مكران), terram Sind سند زمين et partem Multhani; a septentrione terram Indorum; ab austro desertum, quod Sedschesthan a Kirmano (prouinciaquae Farsisthano contermina est) secernit. Ebn Haukal p. 203. et Abulfed. qui ex illo sua hausit in Büsch. Mag. T. IV. p. 263.

Tabaristhan 19. 21. 29. 179. 183. Prouincia ad mare Caspium, ab oriente Kilanj et Dailemi. Eadem auctore Iacuto Masenderan appellatur. Gol. ad Alferg. p. 195. Abulf. in Büsch. Mag. T. V. p. 332.

Tabrek 67. v. notam crit. p. 66. Videtur esse nomen arcis in Dschordschano vel in finibus Dsjoroschani sitae.

Thermed 103. Videtur esse idem locus, qui alias Thermed appellatur. Forsan rescribendum est ترمذ

THERMED 139. ciuitas in Mâwaralnaher ad sinuosum inflexum fluminis Oxi (على طرف نهر بلخ) sita. Multa ad eius ditionem pertinere oppida et vrbes commemorat Abulfeda ex Ebn Haukal, Chow. et Maw. descr. p. 59. vbi plura ex Ebn Haukal leguntur, quae in huius auctoris editione Ouseleyana desiderantur.

THURKISTHAN II. 21. 61. 105. Ita apud nostrum appellantur regiones quae trans Sihun s. Jaxartem a Turcis incoluntur. V. HERBELOT v. Turkesthan. "C'est le nom d'une grande contrée, dont une partie s'etend (depuis le cinquième climat) presqu'au septième climat." BAKUI in Notic. et Extraits T. II. p. 511.

TUS 125. 167. Nobilissima Chorasani vrbs, sedes olim eorum, qui Chorasano praeerant. V. inprimis GOLIUM ad Alferg. p. 185.

UZKEND 149. 169. Vrbs Thurkesthani in ripa fluuii Sihun sita haud raro Urkend اوزكند appellata. V. DE SACY V. III. in Not. et Extr. T. IV. p. 373.

ZAVELISTHAN 135. Eadem prouincia quae plerumque Zablisthan زابلستان appellatur, cuius caput est Gaznah. V. HERBELOT h. v.

ZENDSCHAN 21. "Zangan est vltima vrbium regionis montanae (Irak al Adschem) in septentrionem; habet ab austro vrbem Abhar. Haec sunt verba Haukalidae." ABULF. in Büsching. Mag. T. V. p. 324. In Ouseley's Ebn Haukal, vbi huius vrbis nomen Zengan زنكان scribitur (p. 165.), illa verba non leguntur.

00072687

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 03 December, 2015